PRE, Ioannis [illegible] Zoni liber

Et amicorum

IOANNIS BASADONA PATRITII ueneti liberaliũ Artium Doctoris de ueriori Mortalium Fine ac fœlicitate. Dyalogus primus.

Fratris Antonij maria Thita bonon. nunc.

EIVSDEM de intellectuali Natura Dei ac diuina Sapientia. Dyalogus secundus.

Emptus fuit ab ipsomet fr.e M.o thita

EIVSDEM de singularium ac rerum omnium Cognitione ab Intellectu diuino. Dyalogus tertius.

Patauij 1553 q. tempore concio=

EIVSDEM de admirabili Dei Prouidentia & Mortalium Cura. Dyalogus quartus.

nib[illegible] [illegible] uacabat in edi=

EIVSDEM de diuina electorum Prædestinatione. Dyalogus quintus.

bj diui Antonij

IOANNES BASADONA PATRITIVS Venetus Liberalium Disciplinarum Doctor Clarissimo Laurentio Lauretano Serenissimi Leonardi Venetiarum Principis filio Diui Marci Procuratori benemerito. S. P.



Reciosa esse Sapiẽtiæ munera, suauissimosq; uirtutum labores opinatus Clarissime Procurator. diuina quapiam sanctione, uel congenito Naturæ impulsu, uel utrisq; potius Mortaliũ animos ad capescendas uirtutes concitantibus. æquum duxi ab ineunte usq; ætate omnem ingenii mei facultatem, longioraq; uitę spacia pro comparandis omnigenæ Philosophiæ flosculis impenderem ac dedicarem. illo pręser tim laudabili Aristotelis ĩstituto præmonitus, qui omnes inquit homines natura scire desiderant, ipsumq; mellifluum uirtutum nectar esse præcipuum Deorũ munus collatũ mortalibus, quo propriũ ac præcellentẽ finẽ per tingerent, cæterisq; ab animãtibus solo Virtutis opificio disiuncti ab ipso mortalitatis uinculo facile uindicarentur. quũ nihil præter uirtutem, nisi fragile, nisi caducũ, ac deniq; nisi flagitiosum eis cõferri possit. siue corporis, siue Fortunę bona quispiam crediderit, quandoquidẽ omnia hæc uertigini & corruptioni lõge subiaceant, solęq; uirtutes tanq̃ speciosa animi monilia permutabiles tem porum uicissitudines effugiũt, Quo factum ẽ, ut quom imbecilles Epicuri & Aristippi opiniones eẽ cẽsuerim.

qui de ueriori mortalium fine differentes omne ingenii robur, omnemq; animi pollitiam de medio tollentes in fragiles ac tenebricosas corporis illecebras conuertēdos esse mortalium sensus putauerunt. ut omnigenis corporalibus oblectamentis indulgerent. nullamq; uel modicam inter homines ac belluas differentiam cōniuentes nobiliorem animæ partem neglexerunt. labores porro mihi disciplinarum comites, earum incensus ardore ac desiderio, plurimū asciuerim. assiduisq; studiorum uigiliis præclara Philosophiæ monumenta (q̄ nostri ualuerint humeri) nactus, tum (ut fieri solet) gymnasticis primū auscultationibus, tum grauioribus hic & Romæ disceptatis conclusionibus, ac nuperrime nonnullis uigiliarum nostrarū Lucubrationibus in lucem editis imitari decreuimus. ne nos sopitis (ut aiunt) sensibus aliquando uixisse Posteritas testaretur. quum ea sit laudata priscorum, & hunc usq; in diem seruata consuetudo, ut qui bonarum artium studiis inuigilare contenderint, assiduis primum uirorum excellentium lectionibus aīum reficiant. quūq; præcipuis Philosophiæ institutis profecerint, ad arduas conclusionū disceptationes in publicis Philosophorum coronis ꝓmouendi sunt, plerasq; mūdi regiones & gymnasia indagādę ueritatis occasione peragrātes. ueluti laudabile hoc institutū seruasse ferunt Pythagorā, Platonem, Apolloniūq; Tyanneū, qui nō solius ostētādi īgenii uel iactantiæ cā, sed discēdi cupiditate usq; ad Aegyptios & Brachmanas & Gymnosophistas profecti semper noui aliquid, quod addiscerēt, inuenisse gloriabant. ubi pręfer


tim sapientissimum Hyarcam in aureo solio de reꝝ natu ra disserentē Apollonius ille celeberrimus audiuit,ea fa cile edoctus,quæ cęteris abditissima extiterunt.qui quũ deinde in patriã doctiores effecti remeassent,plurimas laborum suoꝝ Lucubrationes ac studioꝝ uigilias nõ im merito ediderũt.quibus & mortalitati obsisterẽt,& emo lumẽti quidpiã nõ mediocris patrię,parẽtibus & amicis exponerẽt.Neq; sane dumtaxat celebratissimos illos pri scę ætatis uiros factitasse legimus,& græcos,& latinos, & arabes,quoꝝ splendor fulgentissimus totũ fere orbẽ illustrat,præclaraq; uirtutũ suaꝝ facinora miꝝ in modũ effulgẽt. ueꝝ etiã pleriq; nostræ tẽpestatis uiri eminen tissimi,qui uel peracutis Philosophoꝝ doctrinis operam dederũt,uel sacris orthodoxæ Religionis institutis inui gilarunt,paucis forsan eoꝝ,qui præcessere,posteriores obseruare nisi sunt.quos equidem si miro ingenio & uir tute præditos enumerare tentauerim,calamo succumbe re uidebor. Q uã ob rẽ hũc morẽ laudatissimum imita tus nõnullos de reꝝ difficiliũ natura Dyalogos his cala mitosis nuperrime retro actis tẽporibus edere cõstitui, in illis præsertim materiis,q̃ oẽs mortaliũ animos die no ctuq; sollicitant,ac mage præ cæteris(ut ita loquar)ex ulcerant.quoꝝ primus de ueriori mortaliũ fine ꝓuinciã discutit aduersus eos,qui meliorẽ aíæ partẽ despexerũt Aristippũ & Epicurũ tanta erroris caligine delitescẽtes, ut supremã rationaliũ fœlicitatẽ in flagitiosis sensuum delitiis instituerint,solãq; diuinoꝝ cõtemplationẽ & frui tionem esse maximã animi tranquillitatẽ conclusimus:

quæ quum summã obiecti nobilitatem præseferrent. ic circo secundo Dyalogo de immẽsa primi Opificis intel lectualitate & sapientia discussum est negocium. quan doquidem nihil ipsa nobilius, nihilq; honorabilius Deo ascribẽdum esse censuerit Aristoteles. Quum uero intel lectus intelligibile prospiciat, iccirco de rerum cognitio ne tertio Dyalogo disseruimus. ubi omnia tam spiritalia q̃ corporalia diuinæ subiacere comprehẽsioni monstra uimus aduersus eos, qui Deum nihil eorum, quæ sunt hic, agnoscere perstrepunt. ex qua sane uniuersorum co gnitione facile rerum prouidentia conuincebat, de qua non solum penes Theologos, imo & Platonem & Ari stotelem asserenda quartus est traditus Dyalogus, quæ quum deniq; magna ex parte prædestinationem expo stularet, eorum præsertim, quæ maiorem nobilitatis emi nentiam omnes inter finitas creaturas asciscunt, ueluti sunt Angeli & homines. ideo postremo omnium Dyalo go de ipsa admirabili dei Prædestinatione sensum ape ruimus plurimarum ambiguitatum. e quarum solutione, neq; prædestinati ex toto gaudere debent, neq; præsciti desperare, immo diuinis Legibus totis uiribus incumbe re. quandoquidem prædestinatus contingenter est præ destinatus, poteстq; reprobari, & præscitus itidem præ destinari absq; ulla diuinæ cognitionis fallacia, & muta tione. quos equidem Dyalogos hoc uno uolumine cõge stos, quum absq; singulari ꝓtectore in lucẽ prodituros esse minime censuerim, qui eos (ut fieri assolet) ab inui dorum liuoribus tueretur. Tu in primis omnium Cẽsor

optimus ac humanissimus occurristi. qui singulari tua eminentia & auctoritate nostras Lucubrationes, quantu læcunq; sint, Nomini tuo dedicatas protegere ac amplia re non dedignaberis. quandoquidem tanta laudum co pia sis efferẽdus, ut nulla priscorum Auctoritas, nullaq; (etsi præclara illorum facinora) tecum certare ualeant. nam si pergrandes in primis Illustrissimi Leonardi Lau retani Venetiarum Principis, a quo filialem ducis origi nem, laudes innumeras explicare quispiã tentauerit. nõ ne primo fere ĩgressu ob eaꝶ magnitudinẽ attonitus in dicẽdo succũbet? qui singulari Sapiẽtia, iustitia, morũq; oĩum Integritate ac uitæ sanctimonia suis præcessoribus lõge anteferẽdus, nõ solũ res ꝓprias mira ꝓuidentia gu bernat, ueꝶ etiã Venetam rempublicã augeri, Libertatẽ seruari, Iustitiã ubiq; administrari maxima cũ dexterita te procurat. Sileãt igitur, qui priscam illã Numæ religio nem, Catonis grauitatem, Scauroꝶ iustitiã, Scipionis cõ stantiam, Hannibalis fortitudinem, Cæsaris magnanimi tatẽ olim extulerunt. quũ omnia hæc in Serenissimo Ge nitore tuo clarius elucescãt. Quis deinde præclaras ani mi tui Dotes luculenta oratione satius explicabit? quã doquidem ea sis humanitate, Ingenio, prudentia, morũq; omnium Grauitate adeo refertus. ut conspicuas animi tui uirtutes aut dissimulare, aut silentio inuoluere nemo possit. Quis enim ignorat qua sacroꝶ Canonũ ĩstitutiõe, qua politicaꝶ Legũ peritia, qua ue ĩ cõparãdis, peragen dis ac cõsultãdis rebus, omni cõsilii dexteritate ac iusti tiæ rigore polleas? q̃tũq; tibi a publicis uacare ꝓcurato

riis negociis concedit,id totum ad rerum diuinarum cultũ,& omnigenã intellectiliũ Cõtẽplationẽ augẽdã, cõparãdã, legẽdo ac plerũq; disceptãdo exponas. Neq; latere quẽpiam arbitror acutissimũ ingeniũ tuũ grãdioribus semper Dei & naturæ mysteriis intentũ oĩ cura, oĩq; diligentia sinceram indagare ueritatẽ.q̃toq; res ipsa ẽ cognitu difficilior,magisq; in dubiorum cõtrouersia reposita,tanto illã accuratius uelis perscrutari,& medulitus ĩtelligere.Neq; me dudum latuit,q̃ta nõ solũ animi tui uigilantia uirtutes oẽs cumulatissime fueris cõplexus,uerũ etiã eos qui totis ingenii uiribus illas imitant̃,propediem clemẽtissime foueas & amplexeris,quibus ad sũmos honores & magistratus egregios nõ immerito es euectus,in diesq; ultro magis effereris.Quo fit.ut ob singularẽ erga te beniuolentiã atq; obseruantiã dixerim filialẽ,tuasq; uirtutes egregias,te unicum e multis delegerim Vigiliarum nostrarum Mecœnatem,& Censorem æquissimum.qui maximis hisce in materiis disceptatis(ut scio)diu uersatus,haud sane mediocre iudicium non solum præstare potes,uerum etiam eas tua comprobatione protectas uipereis illorum dentibus eripere.qui quantũ polent,ignorant.suaq; ignorantia non ignorare pertendunt.quorum morsus hæc edita minus formidabunt.quũ ipsa rei ueritate,ac singulari tua protectione fuerint præmunita.illas igitur clarissime Procurator hilari ac benigna fronte suscipe,meq; omnibus in uotis & honoribus tuis habe uigilantissimum. Vale.

IOANNIS BASADONA PATRITII VENETI ARTIVM DOCTORIS DYALOGORVM DE VERIORI MORTALIVM FINE DIES PRIMVS.



Alue Cyrille percelebris. Cy. tibi etiam præſto ſit Iuppiter generoſe Didime. quo greſſus properas? Di. te modo ꝑ Herculẽ quæritabam, rem ſane facetam ac periucundam relaturus. Cy. differendam alio commodiori tempore arbitror. Di. cur differendam putas? nõne amicorum omnia ſiue proſpera ſiue aduerſa communia eſſe cẽſes? Cy. utiq;, ſed aliquando de eis habenda eſt ratio. Di. quam ob cauſam te modo obmuteſcentem ac fere elinguem reddis? ſingularemq; inter nos beniuolentiã ſummopere uiolare uideris? Cy. haud ſane. Di. quid igitur in cauſa eſt: quod te natura iucundum conturbat? Cy. grauibus tantum me curis implicitũ ſentio: ut neq; ullam tibi neq; mihi lætitiam afferre in præſentiarum poſſim: neq; ab re differendum duxi. Vale itaq; generoſe Didime. Di. tanta eſt beniuolentiæ noſtræ magnitudo, ut te abſente cordis mei dimidio carere uidear, neq; tuã ſane patiar abſentiã: niſi curarum cauſam mihi declaraueris. num amicorum conſultatio prodeſſe plurimum ſolet? Cy. fateor equidẽ: uerumtamen ab omni moleſtia immunis eſſe debet amicitia. Di. non eſt indiſſolubile beniuolentiæ uinculum, qđ proſperis dumtaxat euentibus allicitur: & quocunq; aduerſantis Fortunæ nubilo conquaſſatur. ut uulgo tritum

est adagium. Tempora cum fuerint nubila solus eris. Cy. te nõ solum omni disciplinarum genere præditum sed morum etiã omnium copia refertum dudum cognoui. neq3 latere potest quanta sit inuiolabilis amicitiæ nostræ integritas, cõmunisq3 negociorum omnium consultatio. Di. quæ igitur silentii causa est? Cy. te modo hilarem ac periucundis (ut puto) negociis implicitũ nolim grauioribus curis exagitari. Di. nihil est sane mihi futurum permolestum sed periucundum omne uerbum tuum. Cy. me ad risum fere prouocas. Di. cur? Cy. nonne peripateticum est adagium? tãto magis corporales delitescere delicias & uoluptates q̃to magis excrescũt animæ cogitationes? ociisq3 animo torpescente sensuũ potentia conualescit? Di. quorsum? Cy. te secũdis Fortunæ suffragiis adeo efferri intueor, in diesq3 ad summos honores promoueri cõmuni omnium consensu, ut te mirum in modum corporeis affectibus urbisq3 magistratibus indulgere percenseam. Di. q̃d ni? Cy. ualet ne his homo intentus & mentalibus difficillimarum rerum curis implicari? Di. experior sane hoc Cyrille doctissime plurimũ repugnare. nam domesticis ego aliquando actionibus implicitus ab illo puriori animi (ut solebam) intuitu distrahor, quapiamq3 corporali caligine ingenium obnubilatur. Cy. non ne abstinendnm esset potius q̃ hisce Philosophum peritissimum irretiri uitæ decipulis? possunt ne qnæcunq3 arridẽtis Fortunæ suffragia fœlicitatẽ præstare mortalibus? Di. nullam forte censuit Dyogenes. Cy. cur igitur te Philosophiæ penetralia rimatum distrahendum corporalibus tradis? Di. ita urbem

expoſtulare ferunt, ut magiſtratibus & honoribus con-
ſequendis quilibet inuigilet. Cy. uirum ne ſapientem er-
rorem ſequi communem decet? Di. hiſce dare operam
errorem putas? Cy. quis æquo animo ambigit? quando-
quidem aliis dominari pleriq; contendunt & ſibi ipſis do-
minari non poſſunt, nonne ipſo dominandi ſtudio quot-
tidie in ſeruitutem incidunt, ac dignitates conſequi conan
tur plurimi, magis q̃ dignitatibus ipſi digni ſint? maxi-
mus profecto eſſet unicuiq; magiſtratus, quando ſibi ip-
ſe dominaretur. Di. nequaq̃ hæc poſtponenda ſunt, quan



doquidem ex uirtutibus emergant magiſtratus, ex magi-
ſtratibus honores. Cy. recte ſaue putas ex uirtutibus pro
dire magiſtratus, immo & ſemper debere uirtutem ha-
bentes meritis honoribus anteferri. Di. ita euenire fe-
runt. Cy. rara auis in terris nigroq; ſimillima cygno. Di.



miſſa hæc faciamus uelim ampliori ſermone alias diffe-
renda: uerum unde digreſſa eſt oratio reuertar. Cy.
quid? Di. quid tibi eſt adeo arduum tantumq; difficile co-
gnitu, quod in præſentiarum ſilentio prætereundum pu-
tas? meq; hylarem (ut tuis utar uerbis) deterreret? Cy.
cauſam tenes? Di. me ab omni mortalium cura ſemo-
tum agnoſces & ſenſuum affectibus (ut lubet) alienum:
Cy. uis aperiam noſtræ cauſam difficultatis & moleſtiæ?
Di. hoc ſane tanto magis peroptauerim, q̃to magis hacte
nus occultare cõtẽderis. ut uulgo dici ſolet. Nitimur in ue
titũ cupimus ſempq; negata. Cy. ꝑgraue mortaliũ caſum
rimatus lugebam. Di. quem caſum mortalium? Cy. maxi
mum profecto atrocem meritoq; lugubrem. Di. quem ca

ſum putas? Cy. Deus & natura nihil ocioſum facit.ut pe ripatetica utar ſententia. Di.fateor.Cy.omnis igitur uniuerſi Species finē quempiam ſortita eſt, propriamq; ſibi nanciſcitur operationem.Di.æquum eſt.Cy.nobiliori igitur ſpeciei nobilior præſtabit̃ operatio. Di.recte infers. Cy.quam ergo humanæ cōpagini operationem cæteris præferendam ineſſe credideris? Di.iam iam Cyrille doctiſſime perſpicio te maximum illud ac difficillimū perſcrutari negocium de ipſo ueriori mortalium Fine conſequendo,in quo ſane quanto ſapientiores pleriq; naturæ Exploratores titubaſſe uiſi ſunt.Cy.nemo equidē Sapiēs unq̄ dubitauit optimum rationalium finem e meliori ſui parte emergere, intellectu uidelicet aut mente appellitata,quæ ſecretioribus Deo℞ miſteriis intēta eē debet,ſed quicunq; ſeſe ignorauit. Di.quem putas ſeſe ignorare? Cy.quicunq; ſeſe rationales eē gloriant̃, & caſu uiuunt, affectant,timent ue multa priuſq̄ ſatis ſciant,utrum appetenda fugienda ue ſint.an contra æternis & immenſis breuiſſima & minima anteponunt.Di.qui? Cy.qui ſanctiſſimis Sapiētiæ inſtitutis parere negligētes, uitiis omnibus libentiſſime inſeruiunt,& in ſuperflua rerum copia quærulam & egenam uitam agunt.ſæpiuſq; per infamiam ad ſūma Gloriæ faſtigia peruenire cōtendunt. Di.hæc adeo ſunt cognitu laborioſa mortalibus,totq; dubio℞ ſcyrpis implicita,ut nunq̄ ſatis agitari poſſint,quā ob rem iucundiora modo pertractemus. Cy.quid animo iucundius? Di.quæ cognitu faciliora ſunt.Cy.haud recte putas.quādoquidē uirtus omnis circa difficile uerſat̃. Di.ſenſibilia

uidentur esse notiora & oblectare nos magis. Cy. longe fallitur qui hoc arbitratur. minima nanq; rerum supercæle- stium cõtemplatio teste Philosophorum Principe in de ani malibus longe nobilior est, magisq; expetenda quacunq; sensibilium cognitione. Di. cur pleriq; rerum potius natura- lium disciplinis q̃ Deorum penetralibus indulgent? Cy. nõ ne grauem esse mortaliũ casum ac lugubrẽ duxi? nonne ab ipsa ueriori microcosmi cõpagine declinãt? solo nãq; diuinæ ueritatis pabulo ĩmortalis Animus oblectatur, ali tur augetur. cætera uero tanq̃ ineptiarum deliramenta lon- ge sunt ab ipsa mentis oblectatione aliena. immo secluso diuinæ Phiæ suffragio nullum arbitror esse homine ipso animal infœlicius. Di. naturam imitari mortaliũ est con- ditio. Cy. recte sentis. Di. sensibus ita natura nos alliga- uit, ut ipso sensuum ministerio in rerum peritiã prodeamus. humanus nanq; intellectus in orizonte intelligentiarum est conditus, earumq; infimus, ut inquit Aueroes physi- corum secũdo. Cy. sensibus opere precium fore ita arbitror. quo a sensibilibus ad spiritales essentias pateret aditus. in- uisibilia nanq; Dei teste Paulo per ea quæ facta sunt ab intellectuali creatura percipiunt. Di. innata est nobis uia scribit Aristoteles physicorum primo a nobis notioribus & effectibus exordiri. Cy. uerum sensit Philosophus, quo ad primariã rerum notitiã confusam capescendam, quo deinde naturæ manifesta nobis innotescerent. Di. naturæ mani- festissima ueluti sunt supercælestes usiæ nequaq̃ nobis in notescunt. quandoquidem se habeat intellectus ad eas ue luti Nicticoracis oculus ad lucem solis, auctore Phõ se-

cundo primæ Philosophię. Cy. subtilissime sane obiecisti de quibus alias dicendũ puto. Di. ꝓfunda est adeo fereq; incõprehensibilis reꝝ supercælestium Natura, ut mage liceat mortalibus terrestria q̃ diuina scrutari mysteria. Cy. nequaq̃ licere mortalibus opinabor indulgere corporeis dũtaxat actionibus. Di. circa impossibile nemo laborat. Cy. fateor. Di. omnis igit᷑ mortaliũ cura, spiritaliũq; contemplationũ conatus est ab hoīe superiori de causa reiiciendus. Cy. iã iam intueor clarissime Didime te ad bilem paulisper concitari, maioraq; fore pertractatuꝝ q̃ facetiis intendere, dũ his te reꝝ difficillimaꝝ curis implicas. Di. uera fatebor minime cogitauerã tibi obuiã factus de rebus hisce arduis habere sermonẽ, ueꝝ potius (ut ita dicã) domestica quępiã conferre negocia, iocisq; amicoꝝ more aliquantisper indulgere. Cy. putas ne uiꝝ sapientẽ iocis agitari licere? Di. gaudia plerũq; curis interponẽda sunt. Cy. optime censes, ueꝝ quæ gaudia? Di. plerisq; sensuum oblectamẽtis affici. Cy. longe aberrant mortales. qm̃ caduca sensuũ oblectamẽta ab ipso ueri boniq; tramite illos deuiant & præcipites reddunt. Di. qđ igitur gaudiũ præter hæc mortalibus inesse põt? Cy. quod magis ẽ naturæ suæ consentaneum. Di. quid sibi magis cõsentaneũ? Cy. quod homini est appropriatum magis. Di. quid sibi magis consentire potest q̃ Fortunæ flatibus efferri? opibus abundare? magistratibus uersari? omnigenisq; sensuum deliciis ac uoluptatibus affici? uti Epicuro placuit. adiuncta præsertim bona corporis ualetudine ac præclaræ sobolis nobilitate. hæc sane oīa mortaliũ fœlicitatẽ præsefe

runt.Cy.si hæc serio narras generose Didime longe me tui fefellit opinio.quum te summum Philosophiæ exploratorem crediderim.uerum te sophistarum uicem gerere nunc arbitror,dum me his irretire decipulis pertentas. Di.nonne apparentiam tenet opinio hæc? Cy.apparentiam recte ais absq; ullo arguendi robore. Di.cur? Cy. nostin fragilem cucurbitarum naturam? Di.quæ nam est? Cy.prolabentis adeo conditionis existunt.ut quercubus adiunctę sæpius earum fastigia transcendant.atrocibus deinde boreæ flatibus agitatæ arrescunt citissime. Di.quorsum? Cy.talis est caduca mortaliũ tranquillitas. qui secũdis Fortunę suffragiis elati siue opibus,siue magistratibus,uel imperandi potẽtia confidẽtes fœlicitati sensuum illecebris opinantur. Di.nunquid recte hi sentire possunt? immo & fœlices esse? Cy.nihil sane stultius esse potest,inquit Augustinus, q̃ q; falsa opinione anima sit beata. Di.quid ni? Cy.bonum permanẽs est fœlicitas,bonumq; in propria hominis facultate consistens. Di.fateor. Cy.qui igitur transitoriis reuoluentis Fortunæ nutibus innituntur,quam sibi fœlicitatem uendicant? Di.grandem pleriq; fautrice Fortuna uniuersi monarchiam adepti sunt.Cy.longe falluntur mortales.uti experientia nos edocet.quæ nanq; Cæsaris? quæ Hannibalis? quæ ue Alexandri Macedonis extitit fœlicitas? quos mirum in modum Fortuna extulit.ut uulgi fœlicitas infœlicitas haberetur,maiorq; imperii elatio casus putaretur. nã efferri quẽpiã in sublime,quo inde præcipitiũ subeat, maximæ potius est calamitatis indiciũ. si Claudiano cre-

diderimus. Vt lapſu maiore ruant tolluntur in altum. Di. efficaciſſimo ſane argumēto meā cōfutaſti ſniam. hoſceq; Fortuna elatos deliteſcenti cucurbitæ cōparādos optime cenſuiſti. pleroſq; tamen latet cur ipſæ ſenſuum illecebrę ſint ab ipſa fœlicitate alienæ? Cy. fingis equidē latere cauſam. Di. abs te noſce peropto rōnem. Cy. quam ſenſibus ineſſe fœlicitatem putas? quandoquidē nobis ipſis ac bel luis id cōmune ſit. imo & nos lōge antecellunt. uiſu nāq; lincibus, odoratu uulturibus, guſtu ſimia plurimū ſupera mur. Di. tuis adeo ſermonibus acquieſco, ut quæ dudum appellitanda gaudia eſſe crediderim, mœrorē potius animiq; anxietatē uocitare debeā omnigena Fortunę ſuffragia, fragillimaſq; ſenſuū illecebras. Cy. nunquid igit͛ merito lugubris eſt mortaliū caſus? qui quom ad imaginem ac ſimilitudinē ſui Creatoris. quo in ipm̄ conuertantur, inſtituti formatiq; ſint. ipſi tanta ſenſuū caligine obnubilantur. ut quid ac pp quid hoc breuiſſimū uitæ curriculum agant, prorſus ignorēt. & pleriq; (ut inquit Criſpus) uelu ti peregrinantes uentri & ſomno dediti hanc uitā tranſiérunt. quos aliquādo uixiſſe nulla teſtatur poſteritas. imo & meliori ſui parte potiri negligentes īmortali aīo exitiū dederunt. qm̄ nulla eſſe pōt inter corpus & aīam, ſenſum & ratione cōcordia, ſed perpetua pugna. quo fit, ut hi maxima ſæpius in minimis, excelſa in infimis, in malis bona, in mobilibus quietē, in morte deniq; uitā ſcrutari contendant. inſanus profecto nimium eſt & miſer, qui contrarium in contrario confidit ſe reperturum. Di. horribile adeo monſtrum mihi oſtentaſti. ut quum æquo animo

cõsidero q̃ uana sint mortalium opera, q̃ labores inanes, q̃ sint fragiles mortaliũ curę, siue in comparandis honoribus, siue accumulandis opibus, uita hæc odio potius habenda est. neq; sane ab re Catonẽ illũ Romanũ sese præcipitem dedisse ferunt, perlecto Platonis phædone de animi immortalitate, hoc in sæculo infinitis pene ambagibus & erroribus irretiti, in illamq; puriorẽ sui conditoris lucem sese conuertere nequeuntis. Cy. ue℞ tenes. Di. me per Herculẽ attonitum sermonibus tuis reddidisti. neq; quid ultro faciundum sit facile cognosco. Cy. enitẽdum est generose Didime ut bene agamus. Di. quid inq̃ est bene agere? Cy. qđ decet. Di. qđ decere hoĩem putas? Cy. secũdũ rectũ rõnis dictamẽ operari. Di. qđ rectũ ẽ rõnis dictamẽ, ut secũdũ ipm recte agẽdũ sit? Cy. ẽ rõnis ostẽsio intellectuali facta creaturę. quo dua℞ fiat nexus uolũtatũ & cõformitas. Di. cuius uolũtatis nexus ostẽsio est? Cy. creatæ uoluntatis in agendo libera cõformitas omnipotenti sui cõditoris uoluntati. hi nanq; recti uere existũt inquit Augustinus, qui dirrigũt cor suũ secundũ Dei uoluntatem. quos siquidẽ perturbat humana fragilitas, diuina demũ cõsolat᷑ æquitas. Di. quo nã pacto fieri hoc arbitraris? Cy. multipharíã euenire ferũt, pręsertim cũ homo seipsum peramussim cognouerit. Di. quid si homo seipsum agnouerit? Cy. nihil sane melius, nihil pręstantius, nihilq; maiori gloria dignũ ex ipo delphici Apollinis oraculo afferri potest, q̃ seipsum nosce. quoniam uniuersas rerum omnium tam supercælestium q̃ sublunarium Naturas facile scrutaret᷑, intelligeret, qui sibimet innotesceret.

Di.nonne idem si leonem uel arborem cognosceret? Cy. haud sane. Di. quid in causa est? Cy. hominem animal eē omnium nobilissimum siue stoici siue peripatetici crediderunt. mundumq; ipsum effectum, omniaq; ad hominis usum condita esse. quibus oībus ipse re uera supra humū erectus facile iperitaret. Di. est ne tā homini arduū, tamq; difficile. ut se ipm latere hō debeat? Cy. est pfecto admodum facile admodumq; difficile. Di. cur difficile? Cy. quicunq; assiduis Fortunæ flatibus agitantur. honoribus magistratibus, opibus, potentatibus aspirantes ab hoc sane instituto alieni sunt. Di. quid in causa est? Cy. anima quiescens (ut peripatetico utar adagio) fit sapiens & prudēs. qui igit maximis angustiis & doloribus ac piculis anhelant instabilem Fortunæ rotam conscendere, tantam suimet peritiā minime cōparabunt. Di. recte probas de huiuscemodi hominibus uariis casibus agitatis, uerū nolim hominem hisce publicis intentum esse negociis, sed quāpiam loci solitudinem nactū uacare sensuum deliciis, ac delphicum assequi institutum. Cy. nullus quippe de his nuperrime confutatis amplior sermo habendus est. Di. quam igitur faciliorem inuestigandæ huiuscemodi cognitionis methodū putas? Cy. omnimoda sensuū depressione ac mentis purioris eleuatione. Di. quo nā modo id fieri censes? Cy. philosophum decere temperatū esse in omni sensu nunqd merito sensit Aristoteles? Di. utiq;. Cy. moralibus igitur opere precium est uirtutibus animum fere caliginantem eleuantibus ad supercælestium contemplationem. Di. quibus opere preciū est uirtutibus & quam

ob causam? Cy. Iustitia, fortitudine, temperantia & prudentia. quo sensus ipsi aberrantes & rationi sæpissime renitentes suis in actibus æque moderētur. nā quis impius, pusilanimis, temerarius, incontinens, improuidus est disciplinarum capax? iuxta tritum Salomonis adagium, in maliuolam animam non introibit sapientia Dei. Di. plerosq; ferunt iniustos, incontinentes & facinorosos homines philosophari. Cy. hosce tantum Philosophiam decere arbitror, quantum auream clamidem monstruosos homines superuestiri. Di. ex quo potētiaꝝ omnium imperatrix est uoluntas, nonne ualet aliquando rationi, ut speculatur īperitare? aliquando uero sensibus, ut in oblectamēta prolabantur absq; præstito uirtutū suffragio? Cy. oportunum adeo est uirtutum adminiculū, ut nihil eis utilius conferri potest. quandoquidē sine illis bene uiuere liceat nemini. Di. cur? Cy. bene uiuere est uerum intelligere, cōsultare bene, uelle bonū, & agere bona. Di. quid inde? Cy. primum profecto sapientiæ est. secundum uero prudentiæ, tertium iustitiæ, quartum deniq; perseuerantiæ. Primum sane ab ipso rerum omnium opifice proficiscitur. secundum autem a primo. tertium a Deo simul est & homine. quartum deniq; procedit a tertio. quam ob rem qui duce uirtute uiuunt. homines uiuunt. qui uero aliter animalia uiuunt. quo igitur pacto uoluntatem recte putas imperitare sensibus posse ac rationi absq; uirtutum suffragio? Di. certissimam esse iam iam censeo Platonis & Aristotelis opinionem morales uirtutes homini plurimum conducere. quo rationi sensus pareant,

non mediocremq; immo maximam hisce uirtutibus glo-
riam & frugem comparari. uerumtamen quæ rationis
eleuatio fieri potest? Cy. æquum est mentem ipsam cæ-
teris anteferri animæ potentiis, ueluti omnium reginam
& supercælestium contemplatricem. Di. quam ob cau-
sam? Cy. mens profecto est q̄ spiritales & materiales sub-
stantias mirabili celeritate pscrutat̃ & intelligit. qd' qdē
nulli sensuū facultati ē cōsentaneū. nā rō ipsa quū sit mē-
tis aspectus. quo uerꝝ a falso discernit̃. hęc sane (ut secūdo
de trinitate Augustino placuit) in superiorē inferioremq;
portionē distincta est. quo iferior aīæ portio tēporalia co-
gnosceret. portio uero supior æternis cōspiciēdis cōsulē-
disq; applicaret̃. quo nō solū in se ipsis æterna cōprehen
deret, uerꝝ etiā stabiles agēdoꝝ regulas ab eis uendicaret.
Di. maximū esse arbitror hoc Deoꝝ munus collatū mor-
talibus. uerūtamen aī excessum differe. Cy. hō ad Crea-
toris imaginē cōditus est. quo peracto corporaliū decur-
su suū Creatoris exēplar intueret̃. intuēdo peramaret, ac
peramando summo illo bono supra omne sensibile bonū,
immo absq; sensibili bono frueretur, & hic est mentis ex-
cessus, potissimaq; rationalium tranquillitas totis uiribus
expetenda. Di. hanc omnes appetunt. omnesq; beati esse
uolunt. Cy. utinam re uera appeterent homines. Di. cur?
Cy. quoniam falso uirtutes, uitia uero proniores exercēt,
iccirco quantum in eis est. falso fœlices, & re uera miseri
euadunt. hæc risit Democritus. hæc deplorauit Heracli-
tus. curare uoluit Socrates, curare pōt Deus. o q̄ igit̃ mi-
serum animal homo est. nisi aliquādo euolet supra homi-

nem, chariorq; sibi corpore anima sit. Di. nemo est cui nõ chărior anima sit. Cy. pleriq; oppositum putant. Di. qui? Cy. doctrinas & mores optimos paruifaciẽtes, cum sup cælestibusq; Diis partem habere negligẽtes, immo demones habendi sunt. Di. hosce demones appellitas? Cy. nemo est sane, qui hoc ambigat. immo & demonibus longe deteriores. quandoquidem Animus ipse uerꝝ diuinæ lucis ac sapientiæ receptaculum atroci uitioꝝ clade labefactatur propriũ esse rationis amittens. ad quod naturali quopiam instinctu, Philosopho teste concitatur. esse nanq; intellectus est uiuere, uiuere autem quid est, nisi intelligere? intelligere uero quid aliud esse potest q̃ sapientiam atq; ueritatem degustare? quam sane quum neglexerit, cęcutiet itellectus, ueluti oculus in tenebris nihil intuẽs, quia non est in luce. qua propter cõcludendũ eẽ arbitror supremã rationalium Trãquillitatem in supercælestium Contemplatione ueluti fine optimo collocari. Di. optime p Iouẽ discussum eẽ arbitror arduũ hoc de ueriori mortalium fine negocium. quodquidẽ non solum iuxta ueriorem animæ operationẽ attingendũ censes. quæ sane speculatio uel intellectio solet appellitari. imo etiã circa nobilissimũ reꝝ oĩum obiectum Deum gloriosum. quæ & si Theologis omnibus ac Philosophis consentanea sint, sæpius attamen nõ modicum aduersari uidentur nonnullæ Aristotelis auctoritates in dubium reuocantes. Cy. nihil dubitatione dignum intueor, nihilq; peripateticum futurum esse permolestũ. Di. memini me superius oppositã Phi sniam in medium adduxisse, qui secũdo primæ Phiæ

retulit intellectus aciē ad supercælestia tm̄ conuerti q̄tū uespertilionis oculū ad lucem solis. Apertissima deinde ipsius est in tertio de aīa snīa, intellectum fantasmatibus indigere. fantasma uero motus ē ab externis sensibus formatus. quā ob rē minime poterit intellectus æterna contemplari. Cy. ne certiora Phi sensa in dubiū reuocent̄ dilucidandæ sunt Aristotelis auctoritates. quo nulla uideatur in dictis Phi repugnantia. dubioꝝ nanq; solutio maioris est inquisitio ueritatis. Di. apertam eē adeo Phi snīam nōnulli ferūt. ut nulla sit accomodāda solutio. Cy. Phum ne bilinguē uel sibi ipsi dissidentē putas? Di. absit a sæculo. Cy. oīs homo mēdax. Di. si peritissimo Auceroi crediderim, irrefragabilis adeo est Phi peritia ab omniq; cōtradictione tm̄ īmunis. ut ultra mille ac quingentos annos nullum sit in dictis eius inuentū dissidiū. neq; inmerito sensit Auceroes tertio de aīa, eū fuisse regulā in Natura. quē Natura produxit ad ostendendā ultimam perfectionē possibilē in materiis. Cy. ita censes? Di. utiq;. Cy. gratulor summopere te peripatetica ꝓfiteri monumēta. quæ omnes inter priscæ auctoritatis uiros adhunc usq; diem non infimum locum tenent. Di. ita opinor īmo primariū. Cy. Platonē fortasse excipies. Di. haud sane. Cy. si diuinū Platonis ingeniū admirabileq; ipsius sapientiā. lōgioraq; Aristotelis sub Platone frequētata gymnasia æquo aīo uoluptaueris. Platonē præstare Phō nō negabis. uerūtamē his in præsentiarꝫ silentio prætermissis. quia oīs odiosa cōparatio est, ad solutionē dubiorū deuenire operepciū est, ne uera sapientū dogmata sophistaꝝ tendiculis delitescant.

Di.nequaq̃ sophistica sunt Phi testimonia, sed ualidissimæ argumētatiões. Cy.ne Phum sibi dissidere.neq; nr̃æ opinioni aduersari quispiã putet,duo breuibus aperiam. Di.quæ? Cy.primum ꝑfecto,ꝙ ipsa intellectus humani acies de mēte Aristotelis ad spiritales essentias sese trãsserat.cuius oppositũ sensisse Phum ꝑsteris.secundũ uero qualiter inductæ Philosophi auctoritates ueꝝ tenēt. Di. primũ noscę peropto.Cy.oẽs hoies,inquit Phus in exordio primæ phiæ,naturaliter scire desiderãt. Di.qd inde? Cy.maiorẽ igit̃ sciẽtiã magis eos expetere,maximãq; maxime desiderare necesse est.quã diuinoꝝ esse contemplationem ibidẽ scribit Aristoteles. Di.quorsum? Cy.est ne ad impossibile desiderium? Di.quid ni? Cy.frustra nititur homo inquit Philosophus ad terminum quempiã nõ futurus peruenire.Di.fateor.Cy.non est igitur expetenti homini supercælestiũ cognitio impossibilis,immo ocio sas esse intelligentias intulit Auerroes secũdo primæ philosophiæ si nõ aliquando nobis innotescerent.quaꝝ cõprehẽsio est humana fœlicitas Aristotele teste decimo Nicomachiæ.ubi supremam rationalium beatitudinem in actu sapientiali diuinoꝝ consistere persensit.quapropter minime habendus est peripateticus,qui impossibilem esse homini cognitionem supercælestium hac de causa peripatetice recensebit.Di.tãta est sermonum tuorum efficatia, ut minime dubitẽ hanc esse Phi sentẽtiam. neq; sane nisi admirari possum,qualiter illis auctoritatibus oppositũ sensisse uisus est,eo Nicticoracis exẽplo.Cy.primũ igit̃ hucusq; monstrasse arbitror.reliquum est,ut Philosophi

expositio subnectatur ne sibi aduersari manifestissime ui deatur. Di. quomodo? Cy. fidissimo eius Commentatori necne credendum censes? Di. utiq;. Cy. scribit Aueroes secũdo primæ Philosophiæ nihil esse naturaliter ignotũ nobis. neq; hãc ob causam latere humanũ ĩtellectũ posse intelligentias. Philosophumq; cognitionis difficultatem exemplo illo Nicticoracis ĩsinuasse, nequaq̃ uero impossibilitatem. neq; habenda est omnimoda exemplorum uerificatio, priorum primo scribit Aristoteles, sed non nulla rei manifestatio. quam ob rem haud inferre licet, si Nicticoracis oculus intueri lucem nequit. simili ratione & intellectus Naturæ manifestissima speculari non potest. uerũ maxima est cognitionis difficultas ratione potentialitatis & imperfectionis humanæ rõnis, inquit Aueroes: Di. subtilissimam hercle dubitationis enucleationem per cœpi ſm Auerois intentionem. uerumtamẽ aliter (ut puto) sentirẽt ipsi Theologizantes. Cy. idem tenere arbitror quo ad hanc P̃hi sententiam. Di. minime. Cy. qualem putas eoꝝ expositionem? Di. ueluti Nicticoracis oculus nequit lucem solis intueri uisione clarissima, ita & ĩtellectus humanus diuinam Essentiam hoc in sæculo nequaq̃ põt distincta ac intuitiua notitia cognoscere. hocq; sensisse uisi sunt. hancq; Philosophi sñiam esse crediderũt. Cy. duo sane hoc in sermone tuo differenda sunt. alterũ de re ipsa: alterum uero de Aristotelis opinione. Di. putas ne aliquando inter Philosophi opinionem ac rem ipsam discrimen cõtingere? Cy. utiq;. Di. non est igitur in rerum Natura quod sensit Aristoteles & econtra? Cy. dii faxint ita

eucnire.Di.uana est igitur philosophia naturalis, fictaq; ipsius prima sapientia, quam de diuinis exposuit? Cy.nostin meminisse Philosophum secundo periermineias affirmatiuam uniuersalem sæpius esse falsidicam gratia negatiuæ particularis oppositæ ueræ q̃ negatiuæ uniuersalis? puta omnis homo sapiens est, falsa est. non quia nullus homo sapiens sit. uerum potius quoniam aliquis homo sapiens non est. heccine philosophantium conditio est? ut inquit Augustinus inter falsa, quæ locuti sunt Philosophi, uerum aliquod uidere potuerunt. plurima namq; ueteri prouerbio, dici solent in multiloquio mendacia. icirco amicus Socrates & amica ueritas, magis amica ueritas. Di.quid ni? Cy.lumen fidei & scientiæ diuersum est. Di.cur? Cy.fides habere nequit meritum, quando humana ratio præbet experimentum. quoniam fides est rerum existentium inquit Augustinus & non apparentium firmus assensus. Di.quid inferendũ putas? Cy.plurima sunt naturæ immo maxima cælestium archana. quæ nullo sciẽtiæ luminæ, neq; ullo sensuum uigore, uerum solo fidei ministerio nobis innotuerunt. neq; immerito ipsi Theologizantes ab ipso Philosophorum tramite declinarunt, naturales disciplinarum suarum methodos transcendentes. quandoquidem supernaturali quapiam meliori cognitione diuinitus inspirata opere precium fore crediderunt. ad cuius adeptionem peruenire nemo potest naturali uigore intellectus agentis. quis namq; Philosophus admirabilem Personarum trinitatem in unius usiæ consubstãtialitate naturaliter cognouit? quis gloriosam Filii genera

tionem enarrauit? quis demum liberam diuini flaminis processionem persensit? taceo plurima immo innumerabilia supercælestium mysteria philosophis abnegata, uel ab eis penitus ignorata. Di. intellectus agentis est omnia facere tertio de anima scribit Aristoteles. quapropter supernaturalis inspiratio excludēda est. Cy. iam iam tibi potest Philosophorum confidentia fragilis uideri, maiorq; fidei efficatia q̄ Philosophorum. neq; potes in illa propotione simul eē Philosophus & Theologus. Di. mira equidem refers. nemoq; hac de cā simul est Philosophus atq; Theologus? Cy. plura q̄ licet inferre conaris. Di. cur? Cy. quicunq; abditissima fidei penetralia naturali medio speculari conatur, hoc pacto intelligo, nequaq̄ est Philosophus, in hisq; cognoscendis naturale deficere medium necesse est. illa uero quæ naturali medio potest cognoscere, obiecta esse fidei quis cōcedet? Di. æquum puto. Cy. in his igitur est nemo simul Philosophus atq; Theologus, in his autem quæ demonstrationibus naturaliter elucescunt, Philosophari facile est. Di. fidem igitur & scientiam repugnare plurimū putas? Cy. gratulor sane generose. Didime te summo præditū ingenio & doctrina subtilissime hæc ad unguem differenda pertentare, quæ sane pauci admodum Theologizantes perscrutati sunt, uerū tamen summum ob amorem erga te nostram feram opinionem, hæc esse incompossibilia. Di. maiori profecto lætitia afficior hæc difficillima tecum discutere q̄ plurimorum dissidentia lectitare uolumina. difformis namq; adeo est nonnullorum Auctorum sententia, ut pleriq; nostræ

tempestatis etiam uiri celebratissimi orthodoxæ fidei penetralia profitentes Philosophum sæpius idem cũ Theologis persensisse autumant, fideiq; nostrę peculiaria imponunt Aristoteli. quorum doctrina similis picturæ iudicatur, quo inde fieri solet, ut hi neq; ad unguem fideles, neq; Philosohi habendi sunt, nisi alia de causa q̃ ut Philosophi sententia dilucidetur, ascribant. Cy. abditissima profecto fidei mysteria clarius elucescerent, atq; euidentiora putarentur. si miraculorum claritati diuinarumq; reuelationum testimoniis q̃ debilissimis Philosophorum auctoritatibus inniterentur. ueluti modernorum Theologizantium consuetudo haud satis laudata inoleuit. quæcunq; fidei peculiaria peripateticis admiscere opinionibus, ac si mo Theologus hac in nostra tempestate esse possit, nisi fragilibus Philosophorum gentilium ꝑpugnaculis munitus extiterit. maioremq; sane sibi gloriam compararent quicunq; sacratissima fidei archana theologice tantum scrutarentur, aperirent. ac gentiles Philosophorum opiniones præsertim Aristotelis peripatetice solũmodo uentilarentur. quo uera pro ueris ac falsa pro falsis apertissime haberentur. maioriq; cum expectatione diuinitus reuelata mysteria excolerẽtur. Di. horrenda equidẽ refers. Cy. ita arbitror. Di. qua nam ratione? Cy. ne longius exempla petantur ad expositam nuperrime Philosophi auctoritatem me conuertam discussurus auctoritatis expositionem iuxta nõnullorum theologizantium seriem. Di. plurimum hercle cupio Theologorum expositionem intelligere, peripateticæ nec ne opinioni cõsentanea sit? qua

me attonitū reddidisti. Cy. asseuerant hi Theologizantes impossibilem esse uiatori claram deitatis hoc in sæculo co gnitionem, ueluti solis aspectus uespertilioni repugnat. Di. nunquid uera ferunt? Cy. utiq;. Di. non igitur arguē di sunt, ut paulo supra insinuare uidebaris. Cy. hanccine Philosophi opinionem esse tenes? Di. optime. Cy. non po test igitur humanus intellectus in claram Dei cognitio nem hoc in sęculo naturaliter peruenire? neq; intentā per consequens adipisci fœlicitatem? Di. fateor. Cy. uana est igitur de mente Philosophi mortalium cupiditas conse quendæ fœlicitatis. Di. unde sequitur? Cy. non est hoc in sæculo ex nuperrime dictis uendicanda beatitudo secun dum Philosophum, ut dicunt hi. neq; in alio. quia alium statum Philosophus ignorauit, neq; aliud sæculum esse persensit miseriæ uel tranquillitatis capacem, ueluti ascri bunt etiam Philosopho ipsi Theologizantes. uanum est igitur mortalium desiderium diuinæ cognitionis adipiscē dæ. cuius oppositum ex Aristotelis intentione superius innotuit. Di. iam iam facile perspicio peripateticum sen sum tuum, quantumq; ab Aristotelis opinione sint alieni pleriq; theologi. qui quum ex fidei lumine confiteri ha beant impossibilem esse intuitiuam Dei cognitionem uia tori, hoc in sæculo propriis ingenii uiribus comparādam, sed præcipuo fidei adminiculo, idem etiam sensisse Philo sophum diiudicant. quandoquidem fides ipsa nobis indi cat alium dari post animæ separationem statum, ac super naturalem corporum resurrectionē. Aristoteles uero nul lū asserit uel prorsus ab eo fuit ignoratus. ueluti Subtilis

ſimus Scotus octaua diſt.pri.&.xlix.diſt.quarti ſentētiarum teſtatus eſt.Philoſophū minime poſuiſſe alium animarum ſtatum,neq; naturali ratione cōcludere potuiſſe: neq; ab re dixiſti ſuperius maximum eſſe inter fidei lumē & ſcientiæ diſcrimen Philoſophorum.quid igitur in his agendum cenſes? Cy.laudandum eſt Ariſtotelis ingeniū & ſacrum fidei myſterium adorādum.Di.quid ſi opinionum diſſidium accidit? Cy.fidei conſtantia tenenda eſt. ſeruādaq; ipſius eſt integritas. abnegandiq; Philoſophi. Di.indoctum uulgus oblatrabit.Cy.quicquid uulgi ferat ſententia,præferenda eſt ueritas.Di.ībecilis adeo eſt uulgi opinio hac in noſtra præſertim tempeſtate,ut nemo ſapiens habendus ſit,niſi uanis Philoſophorum opinionibus tribualiter īflatus eis adhęrere uideatur. Cy.liberum inſtat unicuiq; pręcipitium,ſalus & interitus,hacq; de cauſa mortalium natura pronior in malis perhibetur. quādo quidem ueritas odio habeatur.ſapientia diſſipetur,diuina uilipendantur.econtra uero falſitas efferatur,error laudetur,terrenaq; ſummopere appetantur. hancq; caducam eſſe mortalium ſeriem monſtratum eſt ſuperius.Di.adde maiora his incommoda.Cy.quæ? Di.falſa non ſolum pleriq; Philoſophorum dogmata imitari ſtudent,ſed maiora eis imponunt deliramenta,longeq; deteriora.quoniā agētem intellectum, ueluti manichei, Deum glorioſum eſſe putant.ipſumq; Deum eſſe formā mundi ſubſtantialem, ac ueluti partem in ſubſtantiali mundi compoſitione concurrere,abſq; uigoris infinitate,abſq; ulla rerum cognitione,abſq; ulla uniuerſi prouidentia. quæ nūq̄ ſomniauit

Aristoteles,nedum scripsit. Cy.proh facinus. tale equidē hominum genus(ex quo ob immensam Dei clementiam ab uniuerso non exterminať,non deletur) summam Dei bonitatem ac rerum prouidentiam ab ipso auferendam esse percenset.hocq; hominum genus minime ueretur sacratissima Deorum templa hisce prophanare deliramentis.qui ut leuissimam uulgi auram alliciant.hæc non solū Theologis, immo etiā & Philosophis absurdissima propallare pertentant.quo fit,ut neq; Philosophi neq; Theologi,sed lucifugæ potius habeantur ueritatis expertes.ab ipsaq; orthodoxæ fidei constantia alieni penitus aberrantes.Di.optime per Iouem dici abs te perspexi, quæcunq; fidei nostræ peculiaria sunt,theologice disceptanda esse. quæcunq; autem ad Philosophorum opiniones attinent, pertractari debere iuxta eoꝝ limites.nunq̃d attamē fides & sciētiam sese cōpatiantur in eodem longe ambigo uelu ti superius interloquēdum accidit.Cy.arduum hercle du bium est ita discutiendum.quoniam fides & scientia,pro ut plura obiecta respiciunt in eodem utiq; igenio cōpossibilia sunt.eiusdem uero obiecti ea esse compossibilia minime arbitror. Di. Deus utriusq; obiectum est. Cy. licet idem obiectum Deus sit in simplici utriusq; conceptu, nequaq̃ attamen iuxta eandem terminorum complexionem,ex eisdemq; principiis eliciendam. Di.ita arbitror nihil inductæ ambiguitatis superesse. certissimamq; tuam fuisse opinionem. nemoq; simul hoc pacto Philosophus atq; Theologus in hac Philosophi propositione esse potest de omnigeno intellectus agentis uigore in ordine ad

intelligibilia quæq; conspicienda. extortamq; fuisse illius auctoritatis expositionem Theologorum. quæ & si de se uerum teneat nostræ fidei peculiarissimum, minime tamẽ habenda est secũdum Philosophi documẽta. plurimũq; admirari soleo plerosq; theologizantes ascribere Philosopho, quæ ipsius intentioni penitus dissentiunt. uidenturq; fore haud secus digni reprehẽsione q̃ Aristoteli falsa imponentes. Cy. utiq;. nisi eorum causa longe ab his diuersa esset. hiq; sunt aliquantisper laudandi. illi uero summopere arguendi. q̃uis utiq; Philosopho ascribant, quæ nũq̃ tenet. Di. hoc equidem scire peropto. Cy. omnes equidẽ hi propter inerme uulgus ea imaginati sunt. diuerso tamẽ fine. Di. quo? Cy. ipsi quippe Theologi Philosopho imposuerunt, quæ fidei mysteria possint ampliare, dubiasq; populorum mentes quietare magis. ut nulla fidelium cũ Philosopho discrimina esse uiderentur ob ipsius famositatem. q̃uis aliter Philosophum sensisse intelligant, erroneamq; ipsius opinionem fore ab ip̃a fide prorsus alienã. quapropter ipsorum finis & labor ob seruãdam fidei amplitudinem innumeris laudibus efferendus est. ut inquit Hieronymus. errorẽ eorum qui lapides in Iordane gutis aspersos sanguineis lapidationem Stephani ferũt indicare, non condemnamus. qui de fidei pietate & Iudeoꝝ perfidia cõtendunt. illi uero qui Aristoteli falsa philosophiæ dogmata imponere ausi sunt, quo inanem mundi gloriam & fastum apud uulgus sibi comparent ficto sese Philosophi nomine paliantes, tãq̃ ueritatis hostes atrocissimi habendi sunt infinitis dubiorum scirpis & sophistarum de-

cipulis inuoluti.quo fit ut omnis eorũ opera putetur ab-
hominabilis.quoniam laudabile magis est sinceram fidei
ueritatem Philosophi testimonio,& si nõ intento amplia-
re confirmare,quantum ipsa ratio patitur,q̃ mala malis &
falsiora falsis adiungere ob innanem mundi gloriam. Di.
maximo profecto gaudio afficior admirabilem abs te no
sce causam a paucis discussam de plurimis Philosopho-
rũ auctoritatibus ab hisce theologis ea de causa dilucida
tis,& si Philosophus id sentire minus credatur.hacq; ra-
tione tolli opinor plurimos inuidorum liuores.qui ferina
quapiam rabie sanctissima theologorum dogmata laces-
sere non desistunt. Cy.indus elephas culicem non timet.
Di.exposita iam Philosophi auctoritate iuxta peripateti-
cã sui Cõmentatoris intẽtionem.qui cognitionis hoc in sę
culo difficultatem percensuit,minime autem impossibili-
tatem.reliquum est,ut quæ fuerit Aristotelis intentio ter-
tio de anima.quo ad intellectionis a fantasmatibus depen
dentiam exponas.ut supremam rationalium fœlicitatem
in summa ueri boniq; assecutione rerum supercælestium
collocari nemo ambigat,nõ solum iuxta certissimã Theo
logorum sentẽtiam,immo etiam secundum peripatetica
Philosophi principia.Cy.facillima est illius enucleatio de
mente Auerrois.Di.immo difficillimam ferunt pleriq; no
stræ tempestatis uiri non infimum locũ tenentes,qui ani-
mam de mente Philosophi mortalem eẽ crediderunt hãc
ob præcipue causam corroborantes. ꝙ primo de anima
Philosophum sensisse dicunt sub conditione loquentem,
si anima operationem habet propriam contingit ipsam

separari.quum igitur intelligere sit utiq; fantasia, uel non sit absq; fantasia.non contingit ipsam separari.quam sane sententiam tertio de anima Philosophus determinat ex propria ipsius intentione innuens,intelligētem fantasmata speculari necesse est.quam ob rem concludendum putant animam non esse immortalem.Cy.ad pauca respiciētes inquit Aristoteles de facili enunciant. neq; immerito ferunt araneæ telam esse muscarum captibus idoneam. Di.quorsum? Cy.intelligē sensum & cōcordabis scripturas.uellemq; disceptandæ mortalitatis occasio præstaret in præsentiarum, ut quid senserit Philosophus apertissime innotesceret.Di.utinam locus iste ac differendi tēpus suppeteret. uerumtamen alias puto,disceptabitur. quem igitur sensum? Cy.putas ne intelligentem adeo fantasmatibus indigere.ut cuilibet intelligibili proprium fantasma correspondeat? Di.quid si concedatur? Cy.ad manifesta reduceris incommoda.Di.quæ? Cy. fantasma est motus inquit Aristoteles ab externo sensu factus secundū actū. Di.fateor.Cy.quæcunq; igitur per se ab externis sensibus nequeunt sentiri proprio carere fantasmate necesse est. Di.recte infers.Cy.ipsæ igit relationes ex rei natura prodeuntes,siue ex rationis opera emergentes intelligi nō poterunt.immo & ipsa materia,omnisq; uniuersaliter substantia,quantumcunq; sit materialis.ex quo sensus ipsi nō se profundant usq; ad substantiam. ut uerbis utar Commentatoris.quod sane in philosophia est summopere abhorrendum.statuendus est igitur intellectualis ascensus ex ipso corporalium siue sensibilium(ut supra innotuit)

excessu. Di. quo nam pacto? Cy. primum fantasmatibus obiectorum sensibilium intellectus humanus excitatur, adiuncta sibi agentis intellectus efficientia, ueluti Auerroes tertio de anima testatur. moxq; ipsa corporalia transcẽdens, eodem sibi agente ut forma copulato, ad supercælestia conuertitur. & hac serie necesse est intelligentem fantasmata speculari ab illis initiatiue cognitionem sibi uendicantem. Di. inauditam fere percipio singularemq; tuam sententiam de mente Philosophi ac sui Commentatoris. quæ maximas ingerit ambiguitates. Cy. quas? Di. longe pertimesco eruditissimum ingenium tuum defatigare dubitationibus. dum te pene hactenus innumeris obiectionibus & quęsitis molestauerim. Cy. neq; sane maiori lætitia affici possum q̃ acutissimum audire ueritatis inquisitorẽ, qualem te semper agnoui doctrinarum oĩum cupidissimũ, summisq; laudũ præconiis efferendũ. perge igit̃ q̃ potes obiecturus. Di. admirabilẽ ex uerbis tuis Philosophi enucleationẽ ad nostrã dedisti oppositionẽ (ut puto) ex Auerois intentione. Cy. utiq;. Di. solutio præinductæ difficultatis hoc in puncto firmata est. Cy. quo? Di. humanus intellectus exigit fantasma in rerum sensibiliũ decursu uirtute agẽtis intellectus sibi assistẽtis. quo quidem decursu peracto facta sibi postmodũ agẽtis ut formæ copulatiõe speculat̃ naturæ manifesta. quorum nullũ esse fantasma ambigit nemo. Cy. uerum tenes. Di. abs te scire uelim. Cy. quid. Di. utram harum intellectus copulationum præferendã censes formæ uel efficientis? Cy. singularis interrogatio est, ad quã dissoluendã formæ copulatio sustinetur

præferēda. Di. qua de causa? Cy. essentiæ nexus uerior ē cum essentia q̄ accidētis uel ex eius cōcursu. Di. ipsa igit̃ agētis copulatio, ut formę, prior esse debet q̄ ut efficiētis, hancq; ob causam prorsus erit inutilis inducta solutio, nostræ difficultatis, quo ad fantasmatū indigētiā. Cy. elegātissime obiecisti. Di. peropto plurimū abs te ueꝝ noscc. qui singulari es ingenio præditus ac nemini doctrina secundus. Cy. meā profecto sn̄iam feram. quid ad subtilissimam dubitationē tuā dicendū sit. Di. edissere. Cy. perfectione priora teste Philosopho. x. pri. philosophiæ. generatione posteriora sunt. Di. quorsum? Cy. agētis (ut agētis) copulatio deterior est eiusdē (ut formæ) nexu. iccirco generatione uel origine præcedit efficiens, ut efficiēs. Di. ueꝝ elicis. Cy. posterior est igit̃ agētis intellectus (ut formæ) copulatio secundū originē, quam ob rē fantasmatū præexigentia omnino requirit̃. Di. optimā profecto causam assignasti. Cy. etiam causa causæ annectenda est. Di. quæ? Cy. ab imperfecto ad perfectū natura proficiscit̃. iccirco intellectū, quē ad naturam secūdo physicoꝝ reducit Philosophus, ab imperfectioribus ad excellētiora progredit̃. quo sane ascensu ab accidētibus ad substantiam ascēdit, a sensibilibus ad intelligibilia, a corpalibus ad spiritales intelligētias absq; ullo fantasmatū cōcursu. in quo designādus est animi raptus, ultimaq; mortaliū fœlicitas paucis exquisita, paucioribusq; collata mortalibus. Di. hanccinne Philosophus beatam esse hoīs uitam putauit? Cy. hanc solā mortaliū fœlicitatem Auerroes fidissimus Aristotelis interpres arbitratur. Di. siccine theologi? Cy.

haud sane, sed longe diuerso calle ab eis intenta est fœlici tas longiori alias explicanda sermone. Phœbo præsertim iam iam Oceanum subterlabente. hæcq; intantum dicta sint pro cōsequenda mortaliū beatitudine hoc in sæculo, naturali uirtutū adiumento iuxta peripatetica Philosophi & Aueroís principia. Di. gratulor profecto per Deos immortales abs te hodierna luce percepisse, quæ nullis pene philosophis ætatis nostræ ad calcem discussa sunt. nihilq; ampliori dubitatione dignū superesse censeo, optaremq; dies ista uerteretur in lustrum, quo maiori immo maximo animi gaudio plurima naturæ ac Deoꝝ penetralia discuterentur. quū nullus auctore Lactantio suauior animo cibus esse possit, q̄ cognitio ueritatis. huncq; uere fœlicem diem Ienio datum esse cōcipio. quo tanta naturæ mysteria, præclaraq; Deorum munera collata esse mortalibus perspexi. q̄tumq; sit lugubris mortaliū casus. qui cū summum illud ac pulcherrimum bonum, quodquidem tam propter se q̄ propter ea, quæ efficit, diligendū est ab eo, qui beatus sit futurus. imitari atq; expetere debeant, tanq̄ uniuersi factorem, ducti sapientia bonisq; moribus instituti. ueꝝ potius econtra omni uitioꝝ labe delitescentes a belluis ipsis paulisper abiuncti miserrimam atq; abhorrendā uitā agunt, nullū cū supercælestibus Diis comertium habentes. Cy. gratulor sane plurimum te non solum uirtutibus indulgere, abditissimisq; naturæ penetralibus intendere. uerum etiam te ab omni horum hominū cōmertio esse alienum. quādoquidē hi bacchanalibus intenti uel corporalibus impliciti negociis præclaram illam

Dei sapientiā, bonarumq; artium studia expetenda flocci pendant, earūq; sectatores liuore quopiā persequāť. Di. hac sane de cā peroptarē sūmopere, ut hisce disciplinaꝝ flosculis, amœnisq; uirtutū deliciis fœlicissimos una ageremus dies. qn̄quidē oīs mortaliū uita dies unus pene sit ad mortē fugacissimus. nihilq; gratius, nihilq; dignius, nihilq; deliciosum magis eē possit q̄ ueritatis inuestigatio, atq; uberrimus philosophiæ cultus, quæ unica est uitioꝝ expultrix, ac p̄cipua bene beateq; uiuēdi moderatrix. Cy. tanta est equidē mutuæ beniuolētiæ nr̄æ magnitudo, ut neq; illa Castoris & Pollucis, aut Thesei & Pyrrithoi sit anteferēda. quā ob rē oībus in uotis tuis obsequētissimus nullo tedio imo maxima lętitia afficiār tecū de rebus hisce arduis, cognituq; difficilioribus habere sermonē. qm̄ q̄to magis subtilioribus intendiť, tāto magis ad altiora idagāda naturę secreta īgeniū excitať, inq̄t secūdo de aīa Ph̄us; laudataq; Platonis opinio extitit, ut nō solum nobis, ueꝝ etiā patriæ parētibus & amicis iseruire enitamur. uelleq; ita superi tulissent tātā mihi dicēdi copiā, tātāq; disserēdi facultatē præstari. ut acutissimis q̄onibus, tuisq; subtilissimis petitionibus facerē satis. q̄ te singulari p̄ditū eē ingenio ac doctrina demōstrant. Di. sūmo equidē dolore afficior tenebris aduētātibus nr̄a hæc interrūpi colloq̄a. ueꝝ te rogatū eē uelim, ut luce crastina hoc iteresse loco sūmo mane haud tibi sit permolestum. Cy. ut lubet cōueniam, dummodo rem tibi periucundam sim facturus. Di. nullam sane gratiorē. Cy. Vale generose Didime. Di. tibi ēt peritissime Cyrille Dii faueant oibus in uotis tuis.

IOANNIS BASADONA PATRITII VENETI ARTIVM DOCTORIS DYALOGORVM DE DIVINA COGNITIONE, ATQVE NATVRAE DIVINAE INTELLECTVALITATE DIES SECVNDVS.



Occine tempus est clarissime Didime huc aduentandi, quo speraueras diluculo? quũ duodecimũ fere cæli cardinẽ Phœbus ipse peragrauerit. Di. admiraberis forsan aduẽtus nostri tarditatem minime intentam. Cy. quid fuit in causa? Di. imagines quædam me somno captum illuserunt. uel (ut ita dicam) somnia haud iniucunda moram fecerunt. Cy. pristinas forsan cogitationes te ad hoc impulisse crediderim. cum sæpius uigilantiũ formæ soleant eosdem soporatos infestare. Di. fateor. sane id mihi euenisse creberrime. uerumtamen lõge diuersis implicitus somno detinebar. Cy. qbus? Di. me toga quapiam candida uestitum uidere uidebar præ cæteris sedentem, propositamq; fuisse legem quandam promulgandã, quam refellere pleriq; contendebant. quæ cum ueram iustitiæ seriem teneret, defensandam fore putaueram. aduersusq; ipsius calumniatores extemporaneam habere orationem uidebar. quæ me deniq; furore quopiam expergefactum in admirationem duxit. Cy. hæc equidem promptissima est intellectualis animæ licentia, immo nonnulla pergrandis intelligentiæ potestas & uigor spiritalis. ut li-

gatis fere sopitisq; sensibus tanta discurrendi uis & contemplandi facultas animæ tribuatur a supercælestibus. immo esse quidam animi raptus in somnis existimetur. ut inquit Aristoteles & Aueroes in de somno & uigilia, nec nõ Themistius de diuinatione. uerumtamen gratissimum erit intelligere, quæ nam fuerit in casu oratio? Di. mihi primum perpulchra succurrerat illa diui Augustini auctoritas in de uera religione. Cy. quæ? Di. & si temporalibus, inquit Augustinus, his in cõdendis legibus iudices de eis ferre sententiam debeant. ubi tamen illę institutæ ac firmatę fuerint, nequaq̃ iudicibus amplius quicq̃ iudicare licebit contra ipsas. quam profecto auream sententiam senatores amplissimi mecum ipse repetẽs, in qua libet republica recte instituta duo æquissima documenta ab ipso diuino doctore tradita obseruandaq; fore perspexi. quorum primum ante legis ĩstitutionem pensitandum esse, illa nec ne statuenda sit. secũdum uero illa sancita & firmata iudicantium iudicia debere illi assimilari. quibus nihil magis in rebus publicis prodesse potest. in his etiam, quę ab ipso senatu iuste approbari uolunt. neq; cõmunitati, neq; priuatis parcendum est. neq; ciuium cõmoditati obtemperandum, respiciendum. quoniam & multis inopiam & calamitatem, aliisq; mortem suis decretis annunciare uidentur. quam ob rem patres amplissimi & in publicum usum, & in singulorum commodum legibus uestris intendite, earumq; rigorem & emolumẽta seruate. neq; Deo quicq̃ est abhorrendum magis ac detestabile, q̃ legibus postpositis uni bene facere, curas igi⁊

pro uniuersitate suscipite, diligentius cogitãtes, quam uiã rerum publicarum administratores ingressi nõn tenue- runt, neq; frugem neq; gloriam consecuti sunt. hęc hacte nus in mentem succurrebant. aliaq; uidebat explorare. ue- rum e somno surgens tui minime oblitus q̃ primum hũc in locum & si tardiusculus aduentaui. Cy. lepidissimam profecto habuisti orationem pergrandem ingenii tui ui- gorem præseferentem. administrandæq; iustitiæ diligen- tiam. hacq; sane de causa magistratus ipsi præ cęteris pro- pter obseruandum iustitiæ rigorem, populosq; recte in- stituendos habendi sunt. æquissimumq; arbitror nullius ambitionis aut iactantiæ causa, ueluti de his abunde su- perius diximus. Di. ita esse arbitror, & si puriorem illam intellectus aciem distrahant ab intelligibilibus ad sensibi- lia mentem reuocantes. uerumtamen quum me pristina luce grauibus tãtum curis implicitũ reddideris. ut q̃q̃ ea, quæ de ueriori mortalium fine acta sunt. cognitu laborio- sa extiterunt. longe attamen difficiliora succurrere percen- seo. Cy. quo nam pacto? Di. ignis amor & scientia in furo- rem quempiam prolabuntur, atq; ad effrenatos motus cõ- citare solent. quãdoquidem minima scintilla in maximum incendium sæpissime conuertatur. itidem amor & sciẽtia terminis carent. intellectus nanq; intelligibilibus excita- tus adeo cõualescit, adeo perficitur. ut maiori semper effi- catia nitatur indagare ueritatẽ. Cy. recte sentis, quorsum tamen? Di. excellens adeo sermo pridie de rebus arduis habitus est, ut summopere oblectatus abs te uelim abdi- tissima disceptare de cælestibus. quæ primariũ intelligen-

tiæ locum tenere censuisti. Cy. thesaurum ab egeno excipere pertentas, dum maxima hæc rerum archana a nobis intelligere contenderis. Di. haud sane fallor. dum modo quæsitis (ut soles) responsa commode præstiteris. immo qui mihi magis facere satis possit habeo neminē. Cy. beniuolentiæ magnitudo fidem pręstare solet amantibus, ut maiores q̄ uires ipsæ sint putentur. uerumtamen quantu læcunq; sint, offerimus. Di. maximum Deorum munus mortalibus esse collatum perspicio. cum diuina mysteria perscrutari eis datum sit. Cy. immo nihil maius, nihil excellentius, nihilq; appetibilius potest inesse mortalibus. Di. summopere igitur enitendum est primum rerum omnium opificem inuestigare. Cy. utiq;, quoniam suprema eorum fœlicitas in uera Dei cognitione ac fruitione collocatur. Di. desiderium & timor inuicem pugnāt. animūq; ancipitem reddunt. Cy. cur? Di. eo contemplandi desiderio plurimum concitamur ad indaginem diuinorum. timor autem capescendæ cognitionis ab intento nos longe repellit. quum grauissimum sit nobis idoneum de supercælestibus habere sermonem. grandes nanq; materias, inquit Hieronymus, ingenia parua non sufferunt, & in ipso conatu supra uires ausa succumbunt. Cy. minime diffidēdum est, immo alacri animo tentandum, quanto difficiliora sunt cognitu perscrutari. maximaq; uirtus & gloria homini ascribenda est altissima speculari. Di. ab hoc equidē laudabili tuo instituto haud ero alienus, uerum potius abditissimis implicabor quæstionibus de summo rerum omnium opifice differendis. hodiernaq; luce fiam tibi infe-

ſtiſſimus. Cy. minime infeſtus immo gratiſſimus: nam quid animo iucundius q̄ uerſari uirtutibus? & ueritatem ſcrutari occultorum? Di. plurimas hercle de diuinis ac pe ne inextricabiles fieri quæſtiones arbitror. Cy. quas? Di. primum ſane teſte Philoſopho quæſitũ quiſpiam in me- dium afferet. an Deus ipſe ſit? Cy. huiuſcemodi quæſtio facile terminanda eſt. quandoquidem nemini dubium eē debeat, immo certiſſimum eſſe Deum glorioſum. ſoluſq; dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. inquit Pſalmo graphus. Di. nunquid unus in uniuerſo ſit? an plures? lõ ge delirauit antiquitas. quandoquidem planetas ac demo nes diuino eſſe cultu celebrandos putauerit. Cy. neq; hoc ſane ambigendum eſt. quoniam ipſi non ſolum orthodo xæ fidei exploratores, uerum etiam Plato ac peripatetico- rũ princeps Ariſtoteles in calce primæ philoſophiæ con- fitetur, ipſam uniuerſi machinam unum principem ex- poſtulare, nullumq; ſecluſa rerum Monarchia ipſius eſſe moderamen, nullumq; regimen uendicari poſſe. plurali- tas nãq; principatuũ eſt mala. inquit Philoſophus. unus ergo princeps. Di. hæc de Deo non ſolum quærẽda ſunt. uerum etiam quid ipſe ſit, mage dubitandũ. Cy. hoc equi- dem omnibus difficile eſt. quoniam theologorum ac phi loſophorum pleriq; nonnullis circumlocutionibus po- tius, ipſum primum rerum principium deſcribendum eē cenſuere. ipſumq; quid mage non ſit, q̄ quid ſit intellige- re conati ſunt. ut ueteri prouerbio dici ſolitum eſt, iuxta Damaſceni, Dionyſii atq; Anſelmi ſententiam. Deus eſt, quo nihil maius excogitari poteſt. Di. quã igitur de Deo

notitiam uendicare possumus? Cy. plurimas utiq; ipsius proprietates ex coniecturis agnoscimus. puta ipsum eẽ summum bonum, necessarium, indepẽdens, incausatum, primumq; totius uniuersi principium, & cætera id genus. Di. hæccine Dei substantiam indicant? Cy. haud sane. uerum sibi potius putantur extranea. Di. ualet ne immensa diuinitas aliquid sibi extraneum atq; aduentitium sibi accidens continere? Cy. minime. Di. hæc igitur quid Deus ipse sit exponunt. Cy. accommodata distinctio dubiorum instantiam repellit. Iccirco (ut peripatetica utar sententia) solet accidens appellitari bifariam. uel quoniam in ipsius rei essentia non continetur, uel quoniã præter hoc, ipsum cui accidens ascribitur, subiectum accidẽte informatur. Di. quo nam pacto recenses? Cy. plurima sunt cuipiam aduentitia primo modo, quæ non sapiunt accidentis naturam secundo modo. puta inferiora superioribus accidunt, & generi differentiæ, nec non substantia relationibus hoc pacto inquit Aristoteles in cathegoriis. quorum nullum quampiam subiecti informationem tenet. quam ob rem quæcunq; nuperrime Deo competere dicebamus, ueluti extranea sibiq; aduentitia absq; ulla subiecti informatione comperta sunt in diuina substantia. Di. Deus ipse purissimus est actus. Cy. ita censeo. Di. nullum igitur compatitur aduentitium. nam si quid sibi inerit extraneum, minime putabitur uetus illud sapientũ adagiũ ueritati cõsentaneum. quicquid in Deo est, Deus est. neq; simplicissimus est hoc posito Deus ipse gloriosus. Cy. obiecisti sane subtilissime. Di. ita sensere plurimi

theologorum nihil extraneum ex rei natura Deo ascribēdum esse. Cy. neq; timidi neq; audaces meritis laudibus efferendi sunt. inquit in ethicis Philosophus. sed ipsi fortes. qui inter utrosq; medium tenent. iccirco uirtutem in medio statuēdam esse credidit Aristoteles. Di. quorsum? Cy. qui omnia diuinis inesse putant absq; ulla ex rei natura distinctione, timidis assimilantur. quoniam diuinam extollere credentes unitatem hoc dicendi genere, summāq; Dei simplicitatem sustentare tentantes in plurimas contradictiones prolapsi sunt. neq; persuadere cuiq̄ potuerunt, parem esse ueritatis seriem, nullumq; harum enunciationum ordinem esse in natura. Deus est sapiēs. Deus est iustus, ac Deus est spiritus. ut īquit Augustinus. quoniam hæc sola, Deus est spiritus, substantiam indicat. reliquæ uero substantiæ qualitates. est igitur discrimen aliquod inter earum prædicata ex rei natura. nisi ea finxerit intellectus. Deusq; sapiens ac iustus sit & spiritus, ex intellectus nostri operatione. quod sane absurdum esse idē putant. neq; ullus adeo insipiens est. qui hoc arbitretur. quam ob rem hi nimio timore perterriti plurimas euadere contradictiones non potuerunt. taceo sacratissimam realium personarum trinitatem ab hisce hoc pacto imaginātibus abnegandā, atq; omnino fieri inexcogitabilem, ablata quacunq; ex rei natura distinctione inter diuinitatem & relatiōes hippostaticas & personales. Di. cur? Cy. capít ne rationis acies diuinas personas relationibus esse realiter distinctas, & in diuina essentia realiter easdem, secluso utrobiq; rationis actu. nullāq; ex rei natura esse mul

tiplicitatē inter hippostaticas notiones & diuinā essen-
tiam? quis equidem adeo rationis hebes ambiget abnega
bit quod in ipsa dignitate, primoq; principio fundatum
est? potest ne idem omnimodo secundum rei naturam eē
realis identitatis, ac realis distinctionis esse principium?
Di. uerum tenes, perpulchramq; causam reddidisti. ut hi
timidissimi hac de causa censeantur. uerum enim uero quos
audaces appellitas? Cy. quicunq; in diuinis arbitrantur
omnimodam esse distinctionem ueluti rerum abiuncta-
rum plurium, audaces nimiū, prorsusq; temeritatis notā
incurrunt. quandoquidem toleretur summa illa deitatis
unitas, essentiæq; singularissimæ simplicitas. qua de re ab
horrendum prorsus est ipsam Dei bonitatem atq; iusti-
tiam ab illa immensa diuina sapientia & reliquis essentiæ
perfectionibus reali separari diuersitate. Di. ita opinor.
quoniam perfectiones attributales uel essent in diuina
essentia realiter inclusę, ipsam essentialiter componentes,
uel essent accidentia realiter ipsam informantia. quorum
utrunq; Deum non esse Deum simpliciter concludit. ue-
rumtamen nosce plurimum cupio, qui tanto sint animi ro
bore muniti. ut in sustentanda summa Dei simplicitate,
maximaq; ipsius actualitate, innumeras euadant difficul-
tates. ipsiq; fortes iudicandi sint, concedentes quæ Deo
sunt attributa. puta iustitiam sapientiam & cætera id ge-
nus ab ipsa deitate ex natura distingui? Cy. quicunq; diui
nitatem pelagus esse infinitarum perfectionum absq; ulla
eius potentialitate ad eas, uerum potius esse ibi quampiā
unitiuæ continentiæ ac realis identitatis seriem arbitrati

ſunt abſq; ulla primæ perſeitatis incluſiõe in diuina eſſen
tia, ipſam utiq; actualitatis puritatem, ſummæq; ſimplici
tatis integritatẽ ſuſtentãtes, ueluti fortiſſimi ueritatis pro
tectores inumerabiles euaſere difficultates. Di. mira equi
dem abs te audio, quæ maiorẽ dubitãdi ocaſionẽ præſtãt.
Cy. quid? Di. bonitas & ſapiẽtia in Deo ſunt ex rei natura
diſtincta. igit' ut ſic, plura eſſe neceſſe eſt. Cy. fateor. Di.
non eſt igitur in Deo ſumma unitas? Cy. ſumma eſt rea-
lis identitatis unitas, formaliſq; perfectionum pluralitas
abſq; reali earum ab eſſentia diſtinctione. Di. implicatio
uidetur eſſe contradictionis in diuinis aſſerere alietatem
ex rei natura, nullamq; ibi realem eſſe diuerſitatem. Cy. lõ
ge fallitur, qui hoc arbitratur. quoniam a genere ad ſpe-
ciem non eſt affirmatiua conſequentia, inquit Philoſo-
phus. Di. quorſum? Cy. diſtinctio ex rei natura genus eſt
ad realem diuerſitatem. quamob rem fallacia eſt conſe-
quentis. ſi etiam ex rei natura diſtinctio ſit modalis, & cõ-
diſtintionem denotet a reliquis. nequaq̃ realem ĩfert mul-
tiplicitatem. quandoquidem maiorem alietatem abſq; cõ
ſequentis fallacia minor diſtinctio inferre non poteſt. nul
la eſt igitur ita opponentium efficatia. Di. conceſſa forma
li pluralitate in diuinis ex ita diſtinctis erit compoſitio.
Cy. minime. Di. cur? Cy. ubi nulla eſt actus & potentiæ
inuentio, qualiter ibi erit compoſitio? ut inquit Ariſtote-
les octauo diuinę philoſophię. Di. ſi diuinæ perfectiones
ita (ut inquis) ordinari non poſſunt. erunt igitur illa in di-
uinis attributa in eſſe quopiam mixto & confuſo. quia ue
teri prouerbio dicitur, ubi non eſt ordo, ibi eſt confuſio.

Cy.nulla in his confusio esse potest,quæ secundum opti-
mam rei naturam unitiue comperta sunt in ipsa prima en
titate.Di.nequaq̃ diuinitas actus purus esse potest.quo-
niam superaddenda est ei attributalis entitas formali di-
stincta alietate.Cy.obiecisti subtilissime.uerumtamen ra
dicalis usiæ īfinitas ambiguitatis robur enucleat paucissi-
mis percepta philosophis. neq; ullus excogitari potest
essentiæ diuinæ contractus,uel aliunde determinatio ab
attributis. Di.maior saltē cū attributali perfectione dei-
tas intelligenda est q̃ sine illis.quam ob rem minime infi-
nitus est Deus absq; attributis.Cy.putas ne cęlum maius
existere cū splēdore sibi superaddito q̃ secluso? Di.opti
mam sane causam assignasti,gratissimamq; dubii solutio
nem,quam pleriq; minus capiunt, uerumtamen ulterior
instat ambiguitas. Cy.quæ? Di. huiuscemodi perfectio-
nes ex quo in Deo concedendæ sunt.cur in formali ratio-
ne usiæ nequeunt includi?Cy.sicuti mentis perceptibile
in diffinitione hominis contineri non potest.quia iam si-
bi proprium non esset.ita sapientia bonitas & iustitia ne-
quaq̃ putarentur attributa.si in ipsa diuinitate formaliter
includerentur.Di.non est igitur ipse sublimis rerum opi
fex potissime sapiens.si accidentaliter est sapiens, & per-
feice nequaq̃.Cy.peracutam sane difficultatem tetigisti,
neq; subtilius dubitare quispiam potest.Di.hanc profe-
cto causā difficultatis extitisse arbitror,quę philosophā-
tium ac theologorum plurimos concitauit ad excluden-
dam ex rei natura in diuinis alietatem. Cy. uerum tenes.
Di.quid igitur ad obiecta? Cy.regula notabilis assignan-

da eſt,qua dubii ſolutio manifeſtior apparebit. Di.quæ? Cy. unum quodq; modo potiſſimo continetur in aliquo. quando uere ſaluata ratione ſuæ naturæ comperitur in il-lo.puta paries nequaq̃ accidentaliter albus diceretur.ſi albedo ipſa non ſibi ſed cygno inhęreret.neq; etiam hoc pacto paries eſſet uere albus accidentaliter.ſi albedo eſſentialem parietis ingrederetur diffinitionem,quia ita albedinis exigit natura,ut parieti aduentitie inhęreat præexiſtenti, & paries ipſe ſit uere accidentaliter albus.Di.perpulchra narras.ſubtiliſſimamq; hanc regulam Deo applicandam putas? Cy.nemo peritus ambiget: qui Deum ſublimem eſſe hoc modo uere ſapientem iuſtumq; confitebitur. ut inquit Auguſtinus.hæcq; attributa eſſe non dubitabit.ex quo attributa ſecundarias eſſe perfectiones opere preciū eſt percenſere. Di.ſummopere oblectatus ſum acutiſſimis hiſce dubiorum ſolutionibus, quæ plurimos ex philoſophis,immo etiam & theologis in tenebris cęcutientes reddiderunt. uerum enim uero prætermiſſis aduentitiis uſiæ attributis abs te ſcire uelim,quo ad intentam materiam propius accedamus,quem de primo rerum opifice quiditatiuum concęptum percipere ualemus? an potius imbecillis adeo eſt intellectus humani acies, ut nullum eſſentiale dictum de illo ſit cognoſcendum a nobis? Cy. gratulor ſane generoſe Didime te nihil intactum ſcibile prætermittere,maximiſq; inniti rerum difficultatibus,dū abditiſſima hæc ſcrutari pertentas.hicq;(ut uulgo dicit͡) iacet lepus. Di.hoc noſce peropto. Cy.bipharian Deus eſſentiali ratione conceptibilis dici poteſt. altero quippe

modo in ſpeciali propriaq; natura, puta inquãtum Deus eſt. altero uero modo in communi conceptu ſibi & cauſatis. quo igitur ad primam Dei rationem attingendam in propria natura iuxta uetiora theologizantium dogmata eſt nobis (ut diximus) Deus ipſe cognitu impoſſibilis, ut inquit Chriſoſtomus, omnes ſcimus Deum eſſe, admirabilem uero ipſius eſſentiam nemo nouit quid eſt, niſi ſolus qui genitus eſt ex eo. iuxta uero Ariſtotelis & ſui Cõmentatoris opinionem, licet hoc in ſtatu ſit poſſibilis. illa tamen cognitio putatur eſſe adeo difficilis, ut in ipſius aſſecutiõe opere precium ſit (ut ueteri adagio dici ſolet) mente illa ex mœnibus. quantum uero ad ſecundam cognoſcendi rationem eſt admodum poſſibile, cognituq; facile diuina eſſentialiter ſpeculari. admodumq; impoſſibile. Di. quo nam pacto recenſes? Cy. noſtin quanta ſint omnium hac in materia ſapientum diſcrimina? quotq; in dies emergant doctorum cõtrouerſiæ? quotq; pullulent in dies (ut ferunt) Hectores & Achilles contra ſubtiliſſimam atq; certiſſimam illam entis uniuocationem Deo nobiſq; cõmunis? Di. animalia quæ uocibus pugnãt, meliori naturę decreto mordere prohibentur. quam ob rem clamitet Hector. oſcitet eorum Achilles contra irrefragabilem ueritatem, quid ad rumbum? Cy. quicunq; conceptum entis uniuocum & communem primo rerum auctori & cauſatis in rerum natura confitentur. Deum utiq; qd ipſe ſit facillime poſſunt agnoſcere. illo (ut diximus) modo in generali ratione ſibi perſeica. quicunq; uero attingere illam nõ potuerunt, imo decipulis allucinati ſunt,

abnegare penitus coguntur a nobis essentialẽ Dei cogni
tionem. Di. mirum profecto est immo abhorrendum. ꝙ
audeant hi, quæ Dei essentiam ingrediuntur, abnegare.
Cy. hæc fragillima est mortalium conditio falsa pro ue-
ris, & uera pro falsis opinari sæpissime. quo fit, ut non ma
gis homo animal disciplinabile, q̃ deceptibile existime-
tur. immo hanc ob causam uulgi opinio sæpius est for-
tior q̃ philosophorum. ut inquit Aueroes tertio physici
auditus. Di. grãdes immo maximas Deo optimo gratias
agendas esse ab his arbitror, qui a certiori calle ueritatis
non declinarunt. hancq; essentialem Dei notitiam adepti
sunt. quibus assentiendum esse facile cognosco. uerum
enim uero quæ & quam ob causam sit illa entis ratio po-
nenda uniuoca? quo ue ordine Deo causatisq; conueniat,
abs te scire in præsentiarum uelim. Cy. tria sane subtilissi
ma quæsita dilucidãda tuis ĩ uerbis insinuare uideris. qui
bus equidem quantum locus iste patietur assignabo solu
tionem. Di. ut oculta ueritas clarius elucescat, quæsitum
puta. Cy. quo ad primum quæ sit illa entis uniuoca ratio?
dicimus entis conceptum esse unum per indifferentiam
non solum specificam uel numeralem, immo & generi-
cam. Di. conceptus igitur entis erit per indifferẽtiam ge-
nericam unus? & ita genus esse quispiam ens putabit. q̃d
absurdum esse persensit tota peripateticorũ schola. Cy.
haud ita inferre licet. quandoquidem longe differt opi-
nari entis conceptum esse unum secundum genericam
indifferentiam, pro ut ipsius communitas est generica
formaliter, uel secundum indifferentiam genericam tran-

sitorie ac terminatiue, prout ipsius entis communitas ad genericam indifferentiam se extendit, primum sane opinari de ente simpliciter est impossibile. ut inquit Aristoteles tertio primæ philosophiæ. secūdū uero est utiq; oportunum. quoniam de genere differentibus, inquantū talia sunt, nullum per se genus prædicari potest. immo ut sic unum cōmune transcendens. Di. hæc difficillima sunt ac plerosq; latere censeo. quam ob rem clarius hæc diluci dato. Cy. non ne quadriphariam primo topicoꝝ & quinto primæ philosophiæ scribit Aristoteles unum dici? Di. quibus? Cy. unum numero, specie, genere, ac proportione. Di. quid inde? Cy. unum specie indifferens est ad numero distincta. unumq; genere ad multa specie, in quantum talia commune ponitur, unum deniq; proportione uel transcendēti (ut ferunt) unitate nō ne genericam hoc modo habet indifferentiam? non ita quippe, ꝙ illud unū commune transcendens genus sit. sed ad genericam indifferentiam extenditur prædicatione. quo certe modo cō ceptus ille uniuocus entis est unus nequaq̄ genericus, uerum potius ad prædicamenta ipsa, Deumq; gloriosum communis est, omnibusq; indifferens, hacq; de causa uniuocus est entis conceptus realis. Di. iam iam ueritas innotuit, quæ nā sit ratio illa entis uniuoca subtilissime uen tilata, ueꝝ enim uero dubitatiōe dignum occurrit illa nec ne communitas entis iuxta omnimodam eius indifferentiam sit? Cy. nequid nimis. Di. quid ni? Cy. conceptus ipsius entis communitas atq; eiusdem unitas minime extenditur ad ea, quæ natura constant, atq; ab ipso rationis

opere conficiuntur.si philosophorum principi quinto pri mæ philosophiæ credendum est.Di.hæc de primo dicta sint in tantum, uerum de secundo,quam ob causam ponenda sit huiuscemodi entis uniuocatio,breuibus elucidato.Cy.hoccine tempus est peritissime Didime grauissimam hanc uniuocationis prouinciam aggredi? quãdoquidem longiora dierum spacia non suppeterent.uerum supponendã esse in præsentiaꝶ arbitror alias cõmodiori sermone differendam,iuxta certiora Philosophi & Auerois principia.Di.ni sane maioribus de Deo quæsitis in nitendum esse percẽserem.hanc utiq; materiam subtilissimam silentio prætereundam minime permitterem. ne tamen de genere in genus migrare uideamur,ac plura complecti. quæ uires exuperant. quid de tertio.s.quo ad ipsius communitatis ordinem dicendum sit.non facile co gnosco.putas ne illum entis conceptum prius in Deo cõ tineri q̃ causatis? Cy.fateor ipsi Deo fore primo consenta neum.Di.cur? Cy.qualis est inferiorum series ex formali eorum natura, talis est communioris inclusio. Di.qualiter igitur assignabitur ipsius entis uniuocatio? si non est inferiorum uniformitas.Cy.æqualis alicuius communio ris,quantum de se est participatio,non excludit includentium ad se inuicem seriem. ueluti subtilissime disputant peripatetici de generica unitate,de qua minus uidetur pu ta ipsius numeri.qui genus est ad numeros ĩferiores essen tialiter ordinatos.ipsiusq; enunciationis ad affirma tionẽ & negationem,quæ tamen generis habet unitatem,q̃uis affirmatio negationem præcedat.nullum ergo incommo

dum sequi debet hosce ita sapientes. neq; ab re analogiã permisceri uniuocationi, sibiq; fore compossibilem arbitrantur. Di. subtilissimam per Iouem assignasti rationem irrefragabilem. quæ tamen longe ancipitem reddit animum. Cy. cur? Di. uniuocum pluribus indifferẽs, ad uniuocata contrahitur. Cy. fateor. Di. cõtrahere actualis est, contrahi uero est potentialis. quam ob rem cogimur in Deo ponere compositionem. Cy. absit a sæculo. Di. quid ad obiecta? hoccine potissimum est aduersariorum propugnaculum confutandę uniuocationis? Cy. memini me dixisse superius ad pauca respicientes de facili decipiuntur. diximusq; supra esse actum & potentiam in his dumtaxat. quæ aliam rem uel realitatem indicant. ueluti sunt materia & forma, genus & differentia, in his etiam quæ, ut perfectibile & perfectiuum sese habent, radices esse compositionis. cum igitur ens ipsum per modos intrinsecos ad uniuocata contrahatur. qualis erit ex ente cum modo compositio? quum nulla sit ibi rei & rei, neq; realitatis & realitatis alietas. est itaq; Deus actus simplicissimus, ab omniq; compositione ac potentialitate penitus immunis. Di. igitur ens ipsum nullo pacto genus esse potest, ex quo solummodo per gradus ac modos intrinsecos ad inferiora determinatur. Cy. uerum tenes. Di. equiualebit ergo intelligere Deum esse ens atq; ens infinitum. quod si non, igitur erit additio maioris entitatis. Cy. ĩgeniose dubitasti. uerumtamen illa differre ita arbitror. non ueluti hominem intelligendo esse animal, atq; animal rationale. ubi realitatis est superadditio, sed ueluti albedo color est,

atq; color intensus.ut puta quattuor.in quo sane conci-
piendi modo nullum est realitatis additamentum, ue-
rum potius modalis cuiuspiam perfectionis limitatio.
Di.tantæ igitur simplicitatis erit hoc pacto cuiusq; cau
sati conceptus sub ente suo modo intrinseco contracto,
quantę Deus ipse sublimis.ex quo modus cum ente nul
lam facit compositionem.Cy.utiq; quo ad positiuos con-
ceptus & uniuocos,& si admixta sit ipsi creaturæ nonnul
la priuatio infinitæ perfectionis,quæ modo aliquo sum
mam uidetur effugere simplicitatem. ut inquit Aueroes
tertio de anima nullam intelligentiam esse liberatam ab
ipsa potentia præter primam. Di. nullum causatum est
summe simplex.igitur est compositio conceptuũ.Cy.plu
rima inferioribus inquantum talia sunt,assignari solent,
quæ secundum superioris naturam conuenire non pos-
sunt.iccirco nequaq̃ inferre licet.si homo disciplinabilis
est inquantum animal rationale. igitur inquantum cor-
pus,aut substantia.& si mobilis est homo & lapis inquã
tum corpora sunt, itidem inquantum talia sunt. idemq;
de Deo & creatura dicendum puto.quandoquidẽ crea-
tura sit ipso Deo compositior,nequaq̃ ratione entis,ue-
rum potius inquantum creatura est enti superaddẽs ali
quam realitatem, cui sane Deus nullam ex naturæ suæ
puritate superaddit.Di.memini te dixisse superius entis
conceptum (& si uniuocus sit) ordine tamen quopiam
includi suis in inferioribus ex quadã naturæ diuersitate
uniuocatorum, puta Dei & creaturæ, permixtamq; hu-
iuscemodi uniuocationi eẽ analogiã.Cy.nemo ex ueriori

bus peripateticis hoc ambiget. Di. ex quo Deus hoc pa
cto essentiali ratione cognoscitur. quæ sane prius in eo
continetur. quid igitur in causa est, quod hac in ratione qui
ditatiua creaturam præconcipimus? Cy. causa est indu-
ctæ difficultatis monstrata superius. quoniam ab effe-
ctibus ad causas, inquit Philosophus physicorum pri-
mo naturalis est humanæ contemplationis ordo. uel ex
naturali potentiarum exigentia. ut physicorum primo
scribit Aristoteles. uel ex originali parentum macula. ut
inquit Augustinus ita perscrutatus. cur acie fixa lucem
summam intueri non potes? causa est inquit infirmitas.
quæ autem infirmitatis causa? iniquitas. neq; hoc de diui
nis dubitabile magis est quam de causatis itelligibilibus. quoniam
substantia tēpore prior est quolibet accidente septimo
primæ philosophiæ scribit Aristoteles. quæ tamē eo po
sterius a nobis comprehenditur. Di. gratulor plurimum
nouisse hactenus, in quam Dei peritiam essentialem po-
test humanus intellectus hoc in sæculo puenire, nihilq;
superesse difficultatis, quo ad inducti quæsiti solutionē,
uidelicet quid Deus ipse sit iuxta humanam cognoscē-
di facultatem. uerum enim uero ne ociis ingenium deli-
tescat, neq; hac in sola cōmuni speculandi ratione quie-
scamus, abs te scire uelim, nunquid ipse sublimis mun-
di opifex natura sit intellectualis? Cy. profundissimum
pelagus nauigare pertentas, dum hæc abditissima per-
scrutari desideras, neq; dies ista suppeteret. Di. quanto
res ipsa est cognitu difficilior, abs teq; magis effertur in
sublime, tanto magis cupidum anxiumq; animum red-

dit. quam ob rem facto potiusq̃ uerbo opere precium esse arbitror, quidq; de hoc sentire uideris, explodito. Cy. perge igitur, quũ iubere tuũ sit. & uella notis (ut aiunt) euolue. ac si quid acutissimum ingenium tuum angit, in medium afferto. Di. quo nam pacto Deum esse intellectualem naturam est concludẽdum? Cy. abstractione ferunt & coniectura. quandoquidem Deo nobisq; cõmune sit ipsum noscere. Di. petere uideris principium. quoniam abstractio iuuare plurimũ solet assignata rei constantia. ueluti superius entis unitatem conceptus abstractio demonstrauit. neq; Deum esse dubitari potest, nisi ab insipientibus at Deum esse intellectualem, qua nam ratione monstrabitur? Cy. coniectura saltem æquissimum præstabit indicium & certitudinem. Di. quę? Cy. putas ne quæ sparsa sunt in inferioribus collecta esse in superioribus? Di. audiui sane ita dici ab Aueroe primo cæli. formasq; omnes undecimo primæ philosophiæ cõtineri actu in primo motore. quorsum tamen ignoro? Cy. nostin Aristotelem duodecimo sapientiæ discrimen esse non modicum inter sciẽtiam Dei & nostram? quoniam rerum omnium causa est Dei scientia. nostra uero causatur a rebus. quod minime ponendum foret. si Deus ipse gloriosus cognitionis expers putaretur. Di. bene per Iouem cantat gallus Aristotelis, idem, ut supra, petens principium. quoniam quicunq; ambiget. intellectualis nec ne sit Deus? illud utiq; scientiarum discrimen deridebit. uelimq; primo causam perscrutari diuinæ intellectualitatis in eo affirmandæ, postea scientia-

rum diſſidium illud intelligere. Cy. acutiſſimū equidem dubiū eſt hoc maioris egens inquiſitionis. Di. hoc ſcire peropto. Cy. credendum eſt patribus antiquis, inquit Ariſtoteles, intelligentiam primam optimam uitam ducere ac ſapientem eſſe. Di. ad bilem fere prouocor, quum uerbum illud, credendum, ad aures noſtras allabitur. quandoquidem hic credēdi cauſa exquiritur. Cy. abſurdū puto te uerbum illud auditum perhorreſcere. quoniam ſacratiſſima fidei myſteria ſola fide nobis innoteſcunt. Di. ſicuti quęcunq; ſolo fidei lumine manifeſta ſunt, inſipientis eſt uelle naturali ratione concludere. ita his, quæ naturali philoſophiæ ſuffragio differenda cenſemus, nequaq̄ ſolum fidei teſtimonium eſt idoneum. ſed cauſa ipſa uel naturale medium eſt adducendum. Cy. quid inde? Di. ſublimem rerum factorem naturam eſſe intellectualem naturaliter eſt concludendum. neq; credere dignum puto patribus antiquis, ut inquit Ariſtoteles, abſq; ulla naturali eoꝝ rōne. Cy. ſolent pleriq; hac p̄ſertim noſtra tempeſtate Ariſtotelis aut Auerois auctoritatibus aſſētire, nihil ultro quæritantes, ac ſi ab Apollinis oraculo certitudinem capeſcerent. quo fit, ut in præſentiarum tibi quieſcendum ſit, ita eſſe credenti. Di. quicunq; prima philoſophiæ rudimenta conſequuntur, aut qui groſſo uellere ſuffulti ſunt, ipſo utiq; quia, ut īquit Philoſophus, abſq; propter quid contentari ſolent. quicunq; autem uerum philoſophiæ robur attingere contendunt eam, quæ mouit Ariſtotelem. cauſam ita ſentiendi longe quæritant. erubeſcimus nanq; ueteri prouerbio. quando ſine lege lo

quimur. quo igitur naturali medio patres illa crediderunt, eisq; assentiendum esse Philosophus putauit? est inuestigandum. Cy. fateor equidē, ut inquit Aueroes physicorum primo, uerum philosophiæ magistrum dixisse nihil absq; forti ratione, Philosophumq; uere monstrasse intellectualem eē Deum gloriosum. Di. quo nam pacto? qua ue naturali coniectura? Cy. admirabilis hæc uniuersi factura, ut Plato asserit in thimeo. & eorum quæ sub lunari globo cōdita sunt, actiones ac motus, ipsum Deum intellectualem esse naturaliter concludunt. Di. quo modo? Cy. Deum fore primum ens nemo ambigit. quia causarum īfinitas abhorretur in natura. Di. fateor. Cy. notissimum est in tota philosophia principiū. agēs quodcunq; agere propter finem. quem sane cognoscit. uel quopiam cognoscente dirigitur. puta ignis propter finem quempiam agit, quem minime cognoscit. uerum potius ab ipso cognoscente dirigitur. homo autem ipse propter intentum finem, sibiq; cognitum solet operari. ut secūdo physicorum scribit Philosophus. Di. optime, quorsum tamen? Cy. Deus igitur quum primaria causa rerum sit, utiq; propter finem agit uel ab eo cognitum, uel ab alio superiori agente dirrigi necesse est. si primū detur, intenta probatur conclusio. si uero quopiam superiori dirigitur principio. causa tunc primaria nequaq̄ Deus est. neq; primum ens in natura nobilissimum. quoniam dirigi est ignobilioris principii. recte itaq; sensit Aristoteles primo suæ sapientiæ primariam esse sapientis ordinationem. prima autem ordinatio solius entis pri

mi putabitur. merito igitur credidit Philosophus patribus antiquis, intellectualem esse Deum gloriosum. Di. ualidissimum profecto medium hoc esse arbitror ex ordine causalitatis inuentum. Cy. alia etiam de causa hoc asseuerandum est. Di. qua? Cy. quæcunq; uitæ suffragio funguntur præstare non uiuis, & intellectus officio pollentia non intelligentibus præferri ambigit nemo. Di. utiq;. scribit nanq; Augustinus, uiuētia non uiuentibus, intelligentia non intelligentibus, incorporalia corporalibus præferēda iudicamus, quid inde? Cy. intellectualis igitur est hac de causa Deus. aliter ipsum esse homine imperfectiorem confiteri necesse est. quod non solum est in natura dissentaneū, immo & Deum non esse Deū omnino cōcludit. Di. subtilissimis adeo sermonibus tuis acquiesco, ut minime ambigam, qua naturali ratione moti fuerint ipsi Philosophi, longeq; in tenebris obruti fuerunt, quicunq; ignem uel terram, aut cælum ipsum primam esse rerum omnium causam crediderunt absq; ulla intellectualitatis inuentione. Verum enimuero ueteri prouerbio dici solet. quicunq; positionem quampiam tenet dicat consequenter nulla succurrente repugnantia, nullaq; contingenti contradictione. Cy. utiq;. quoniam falsa ex ueris elici non possunt. inquit secundo priorum Philosophus. Di. concessa primæ causæ intellectualitate ad inextricabiles fere ambiguitates animus concitabitur. quidq; dicendū esse putem, non facile cognosco. Cy. nostin tritum philosophorum adagium? raro uel nunq̄ hylaris est Mineruæ aspectus. amarasq; esse uirtutū ra-

dices,fructus uero suauissimos.neq; imerito scribit Hesiodus.uirtutem posuere Dei sudore parandam. Di.ita experior.Cy.acutiora igitur hac in materia dissere quæsita,q subtilissimo es ingenio præditus, priusq̃ Phœbus occasum repetat.Di.tria profecto quæsita cognitu difficillima in mentem ueniunt hac in materia disceptanda. Cy.quæ? Di.primum quo nam pacto Deus ipse censeatur intelligens? secundum uero quæ nam sit admirabilis ipsius intelligentia? tertium deniq; cuius obiecti primari diuina sit illa cõtemplatio? Cy.altissimis tantũ quæsitis intentus es , ut perexiguas mortalium uires longe præcellant. Di.etsi melius est inquit Augustinus dubitare de occultis q̃ litigare de incertis, minime tamen ambigo te quæsita hæc optime dilucidaturum, quandoquidem omnia sapientum dogmata resolutissime callueris, omniaq; priscorum uolumina lectitaueris. Cy.bipariã quæsita hæc elucidari posse percenseo. uel iuxta sacratissima fidei monumenta,uel secũdum probabilem philosophorum Platonis & Aristotelis eiusq; fidissimi Cõmentatoris opinionem. si quidem primo modo uelis ea terminari,haud sane dubium esse potest Deum ipsum esse actu absq; ulla potentia intelligentẽ,quo ad quæsitũ primum. diuinamq; ipsius cognitionem appellitari sapientiam,sibiq; coessentialem,quo ad secũdum. ipsamq; diuinam sapientiam solummodo sibi deitatem uendicare,ueluti primarium atq; adęquatum obiectum,nequaq̃ uoluntarium,immo sibi naturalissimum, in quod primo tendit acies diuini intellectus , absq; ulla contingentia,

absq; ulla mutatione,absq; ulla intercapedine.quam ob rem ita quæsitis ipsi theologi facerent satis.Di.hæc nõ solum ex theologis , uerum potius ex philosophorum doctrinis agitanda,quæsita sunt.ut clarissime pateat quãtum possibilis est diuinæ bonitatis indago quopiã naturali medio. Cy.optime censes in his,quæ non solo fidei adminiculo nobis innotescunt.Di.quo igitur modo quæsita hæc Philosophus elucidaret?non ne idem cum theologis persensit?Cy.in generalibus idem puto. Di. quo nam modo censuit Aristoteles?Cy.ex ipsa non solum nobiliori operatione,uerum etiam præstãtiori operandi serie comprobaret. nam ex quo ipsum intelligere nobilissima est in uniuerso operatio.nobilissimo utiq; rerum conditori esse consentaneam opinari æquissimũ est.actus etiam,quũ sit potentia nobilior.ipsa utiq; Dei intelligentia semper actu inerit absq; ulla uicissitudine, absq; ulla actualis intelligentiæ priuatione.qua de causa recte sensit Aristoteles primæ philosophiæ duodecimo. summam esse Dei perfectionem ipsum intelligere. quod minime illi conueniet.ut dormienti. qui potentia tantum,nihilq; actu intelligit. merito igitur semper intelligentem esse Deum naturali ratione conuicimur affirmare. eodemq; naturali medio probari posse Deum esse actu intelligentem. quo ipsum intellectualem esse naturam mõstratum est superius.inquit nanq; Philosophus ibidem.si primum rerum principium diuinissimũ est,quid utiq; insigne sibi inerit.si non erit intelligens? cui profecto intelligentia,si potentia actuq; non semper

inerit,aliquando transmutabitur,optimaq; non erit substantia.propter ipsum nanq; intelligere sibi honorabile inest.Di.hanc puto fuisse rationem Aristotelis efficacissimam terminandi quæsitum primum,ueluti etiã Theologi persensere eodem fortasse, quo & philosophi medio concitati,ut inquit Anselmus de perfectionibus simpliciter ex creaturis ipsi Deo tribuendis.Cy. recte sentis.Di.quid de secundo quæsito putaret Philosophus? Cy. idem quod & diuini luminis interpretes. cognitio nanq; rerum altissimarum in natura sapiẽtia est.inquit Philosophus in exordio primæ philosophiæ.quam ob causam diuinæ mentis intelligentiã nobilissimam appellitari debere sapientiam dubitabit nemo. Di. diuinorum igitur cognitionem sapiẽtiam appellitas? Cy.utiq;. Di.humana igitur Dei contemplatio sapientia est? Cy. fateor.Di.sapientia huiuscemodi accidens est intelligentis. quam ob rem in Deo sapientiam esse accidens affirmabis? Cy.diuinus atq; humanus intellectus ab inuicẽ longe distare uidentur.quandoquidem intellectus diuinus per essentiam intelligat. eademq; sibi sapientia sit. humanus uero intellectus omnem sibi cognitionem aduentitiam adipiscitur.neq; ab re dici solitum est. quæcunq; in causatis quampiam denotant perfectionem,sublimi rerum opifici tribuenda sunt secundum perfectionis eminentiam & remotionem ab his, quæ in creaturis imperfectionem includunt. Aueroe teste undecimo primæ philosophiæ.quo fit,ut sapiẽtia nostra ueluti accidens.diminutionem patiatur,mutationiq; sit obnoxia.


illa uero,quæ in Deo eſt.ſumma eſt & æterna,ſibiq; co eſſentialis. Di.ſubtiliſſime dilucidatum eſſe arbitror ſecundarium quæſitum iuxta certiorem philoſophi ſententiam.cuius autem obiecti primarii eſſe illã diuinam ſapientiam putaret Philoſophus? Cy.eiuſdem ſane cuius & Theologi perſenſerunt. Di.qua naturali ratione Philoſophus ita concluſit? Cy.maxima uniuſcuiuſq; intelligentiæ nobilitas ab obiecto primario uendicat.quũ ſecundarium obiectum ſit deterius. Di.utiq;. Cy.nihil igitur ab ipſa deitate nobilius obiectum, primumq; diuinæ ſapientiæ ualet aſſignari.Di.ſubtiliſſimã per Iouẽ quæſiti cauſam inſinuaſſe uideris,quam etiam theologizantes percẽſerent. Cy.nullã puto in his philoſophoꝶ cum theologis eſſe controuerſiam. Di.memini te ſuperius dixiſſe maximum theologorum cum philoſophis contingere diſſidium in his,quæ ad fidem ſacram ſpectare uidentur. Cy.nequaq̃ licere arbitror maiora fieri theologorum cum philoſophis diſcrimina q̃ fidei meritum expoſtulat.& philoſophorum confidentia opinantes deludit. quoniam quæcunq; diuinis ſubſunt reuelationibus ac fragilibus obſtant Philoſophorum opinionibus & principiis, ueluti ſupra monſtrauimus in his fieri diſſidium opere precium eſt,cuiuſmodi hæc minime arbitror.nulla nanq; ſupernaturali cognitione quiſpiam indigere poteſt.qua ſupradictis de Deo quæſitis aſſentiat. quandoquidem naturali potius ratione Deum intellectualem eſſe concluſit Philoſophus. ipſamq; Dei cognitionem dici ſapientiam immenſæ ipſius eſſentiæ

ueluti primitiui obiecti. hæc profecto fidei nostræ peculiaria nemo putabit.nullumq; theologorum cum philosophis dissidium esse debet. uerum enim uero quum diuinam illam mentem esse uerbi subsistentis producti uam quispiam confitebit,ipsumq; flamen libere in unitate indiuiduæ substantiæ a patre filioq; procedere. tũc ab omni Philosophorum tramite declinare necesse est. lõgeq; in uanum laborare putabitur,qui hæc Aristotelẽ sensisse probare contenderit. Di. subtilissimam per Iouem quæsiti causam insinuasse uideris,optimeq; omnes dilucidasse contingentes ambiguitates. quæ ad ipsam primariam Dei cognitionem spectare uidebantur. ex dictis attamen ulteriora emergunt, quæ omnes mortalium animos attonitos, penitusq; obmutescentes reddũt. Cy. quæ? Di. his ita conclusionibus enucleatis. Deum uidelicet esse actu intelligentem. cuius intelligentia sapientia nuncupatur. ipsam deitatem expostulans ueluti obiectum primarium, sibiq; coessentiale. dubitandum ultro esse crediderim, nunquid etiam Deus hanc uniuersi machinam intelligat. immo & quæcunq; oriuntur & occidunt? speculetur nec ne tam uniuersalia q̃ particularia, quæ sunt, quæq; futura euenient? quam ue mortalium curam habeat? Cy. me per Herculem in maximam admirationem ducis. tantam nanq; ingenii tui solertiam esse animaduerto. ut amplissimum innumerabilium difficultatum pelagus tibi continue succurrere perspexerim. grauissimum quippe mortalibus est harum quæstionum pondus. tantumq; o cculta est enucleandarum

obiectionum methodus, ut nulla doctorum uolumina, nullaqꝫ temporum interstitia suppetere uideantur. dubitant sancti. delirant Philosophi. clamitat uulgus. quænam, ubi ue sit illa diuina rerum prouidentia? quod mũdi regimen? quis diuinæ iustitiæ rigor? ea præsertim de causa ꝙ impii efferuntur. boni conculcantur. exulant uirtutes. uitia reuiuiscunt. sacra Deorum templa poluuntur. lupanaria frequentantur. proh miserum mortale genus, cui corporis huius est data proluuies nullo moderamine recti. Di. hæccine scitu dignissima sunt? hiccine grauissimus philosophiæ labor amœnissimus est? Cy. q̃ dici potest. quoniam hac de causa primam philosophiam maxime expetendam esse censuit Aristoteles. qa ipsa difficillimoꝝ & nobilissimoꝝ entium est. quoꝝ notitia dignior est (etsi etiam topice habeatur) quacunqꝫ sensibilium cognitione. tantũqꝫ hanc de ipso mundi regimine ab immortali Deo prouinciam omnibus mortaliũ mentibus obiectã esse intueor. ut ex quopiã fere animi conatu nihil eis curiosum magis offerri disceptãdũ possit, uel maiori cũ diligẽtia exquirẽdũ, q̃ arduũ hoc de mũdanoꝝ ꝑuidentia negociũ, cui mox annetẽdã putãt incõprehensibilẽ fere illã de prædestinatione materiã, in qua sane uulgus efficatius dubitare solet, q̃ ualeant soluere sapiẽtes. Di. maximo hercle dolore afficior aduẽtante iã noctis crepusculo nullũ de his hr̃e tecũ sermonẽ. uerũ enĩ uero illã, q̃ erga me hodierna luce differẽdi humanitate functus es, die crastina ꝑ̃stare non dedigneris. Cy. quo me tuis in uotis habeas obsequentissimũ, hunc me in locum libentissime conferam, Vale.

H

IOANNIS BASADONA PATRITII VENETI ARTIVM DOCTORIS DYALOGORVM DE SINGVLARIVM AC MVNDANORVM OMNIVM COGNITIONE AB INTELLECTV SVPREMO DIES TERTIVS.



Alue Cyrille doctiſſime reddidiſti mihi uices.quum tardiuſculus hunc in locum hodierna luce aduentaueris.Cy.haud ſane mihi hoc dedita opera aſcribendum putes.nã ueluti ſomnia te priſtina die tardiorem fecerunt.ita heſternæ colluctationes me defeſſum reddidere, futuraq; longe difficiliora progymnaſmata cogitabundum, fereq; obmuteſcere compulerunt. ea præſertim de cauſa q; maioribus rerum omnium difficultatibus inuigilandum fore crediderim, quum de ſingularium cognitione ab ipſa diuina mente diſceptandum eſſe contenderis.Di.differendam ſane(ut lubet)opinabor profundiſſimam hanc diuinæ prouidentiæ materiam commodiori forſan tempore pertractandam. ueteri nanq; prouerbio dici ſolet. Non reſponſa ferunt curis niſi corde repulſis Theſpiades, pacem mentis habere uolunt. Cy. differendum utiq; putarem,ſi aliud q̃ contemplandi negocium ageretur. niq; tu mihi omnium gratiſſimus ad hoc impuliſſes. quam ob rem manibus & pedibus(ut uulgo dicitur)intenta proſequamur. ſanctiſſimum nãq; præ omnibus eſt honorare atq; indagare ueritatem.Di.

grauissimam hanc scrutaturus māteriam seriatim proponendas esse quæstiones arbitror, quo ueritas ipsa clarius elucescat. Cy. ita faciundum existimo, ut ueteri adagio dicitur. est modus in rebus, sunt certi deniq; fines. Di: superiori dyalogo decretum extitit admirabilē esse in sublimi rerum omniū opifice sapientiam, deitatemq; ueluti obiectum primarium exigentem, reliquum sane supererat inquisitione dignum. nunquid illa immensa æternaq; Dei sapientia uniuersas entium naturas ambiat, amplectatur? an nullā potius inferiorum sit diuina cognitio, nullaq; mortalium cura? ut ueteri prouerbio dicitur. Superi de bobus curam nō habent. cui quippe sententiæ uidetur Aueroes assentire undecimo primæ philosophiæ, dum retulit actionem Dei esse ueluti actionē magni principis. qui existens in regno suo tantummodo sibi propria speculatur, aduentitiasq; subditoꝝ actiones ipsius administratoribus expediēdas permittit, quoniam neq; nisi uilioris est uilioribus implicari. Cy. tantam esse puto rerum inferiorum ab ipsa prima omniū causa dependentiā, non solum quo ad effectam earum substantiam, uerum etiam quo ad omnes earundem motus & operationes sibi notas, immo præcognitas, ut nullus sit paleæ motus (ut inquit Augustinus) absq; diuina cognitione, nihilq; in uniuerso fieri ualeat, quin diuinæ subsit ꝓuidētiæ. ut ueteri adagio dicitur. Iuppiter est quodcunq; uides, Iouis omnia plena. Di. omnia igitur inferiora Deum prospicere diuina illa sapientia confiteri:? Cy. quis æquo animo ambiget? Di. nulla de his

Aristotelis opinio, certa ue habetur sentẽtia. sed solum modo theologica. Cy. ita ferunt, qui uulgi auram alliciunt, putantes eam esse Philosophi opinionem, quam ipsemet abnegauit, tanq̄ peripateticæ philosophiæ dissentaneã. Di. enitar profecto hanc ex peripateticis principiis difficultare materiam, quo dubitationibus elucidatis animus acquiescat. ipsaq; Philosophi opinio certior esse uideatur. Cy. optime censes. Di. repugnare plurimũ non ne putauit Aristoteles intellectui diuino externaꝝ rerum cognitionem? quandoquidem uilesceret intellectus ille purissimus, immo sicuti melius est aliqua non uidere q̄ uidere, ita etiam melius est aliqua non intelligere q̄ intelligere. inquit Philosophus duodecimo primæ philosophiæ. Cy. uelim abs te primum nosce illam Philosophi consequentiam, quo aliquantisper oponentis uicem geram, deinde obiecta persoluam. cur diuinus ille intellectus uilesceret habita mundanorum cognitione? quum pergrandem naturæ perfectionem præseferat intelligere. Di. ita censeo de mente peripateticorum uerificari Philosophi consequentiã. intellectio equidem perfectio est intelligentis (ut diximus) quæ quum ab exteriori obiecto nunc uendicatur, puta uniuerso. ab exteriori igit̃ obiecto pficeret̃ diuinus intellectus. Cy. tanta est ne repugnantia, ut intellectio, inquantum etiã externi est obiecti, nequeat esse perfectio intellectus, ut intellectus ẽt diuinus est? Di. omnis equidẽ intellectio perfectio est intelligentis, obiecti etiam deterioris. Cy. fateor. hancq; ob causam nequaq̄ uidetur illa cognitio

ſibi repugnare. Di. abſurdum utiq; arbitror, quoniam in tellectus ille diuinus in cognoſcendo perficeretur. Cy. non ne propria eſſentiæ ſuæ cognitione perficitur? Di. ut dici poteſt. Cy. cur igit̃ ab exteriori obiecto minime perficitur? Di. nullius accidentis intellectus ille diuinus eſt capax. Cy. eſſentialẽ quiſpiam dicet illã ſibi eẽ mundanorum notitiam. Di. abſit a ſæculo. omnis nanq; intellectio, quæ cauſatur ab obiecto, eademq; obiecto eſſe non poteſt, accidens eſt intelligentis. Cy. omnis igitur intelligentiarum cognitio deitatis. ex quo Deo non eadem eſt, ab ipſoq; cauſatur, acccidens eſt angelicis intellectibus. idemq; de mundi cognitione uel alterius intelligentiæ diſſidium emerget. Di. hæc profecto maxima eſt difficultas, efficaciſſimumq; theologorum argumentum aduerſus Philoſophos opinantes in abſtractis omnibus intelligens & intellectum, ipſamq; intellectionem eſſe unicam eſſentiam. immo præter ipſum primum motorẽ nulla ẽ intellectio uere coeſſentialis itelligẽti. Cy. id minime ſuſtentatione dignũ eſſe crediderim. imo erroneam eẽ illam philoſophoꝝ opinionem, plurimaſq; contradictiones implicare conceſſis etiam illorum poſitionibus commodiori alias tempore diſſerendis. Di. ita cenſeo. quoniã angelicus intellectus propria ſui uirtute primũ rerum opificem perfecte ſpeculari non poteſt. quum ſit obiectum longe nobilius angelica natura. neq; oportunus ẽ recurſus ad reſpectiuam quampiã intelligentiarum cognitionem ſeſe a primo dependere intuentium. ueluti nonnulli difficultatem effugere conantur. quum

nulla sit relatiui notitia absq; absoluti praecognitione?
Di. responderet fortasse Aueroes inferioris intellectionem fieri per copulationem cum suprema intelligentia ut forma. Cy. hoc araneae tella est, fugaxq; lepus. Di. cur? Cy. ualet ne Deus ipse gloriosus caeteris copulari tantum intelligentiis, ut una eademq; substantia sit cum eis? potest ne hoc facere inferior intelligentia? potest ne Deus ipse ita sese inferiobus identificare? Di. absit a saeculo, quoniam fieret nonnulla naturarum confusio, neq; Deus esset Deus. fortasse tamen nonnulli cauillabunt aueroicolae fingentes inferioribus intelligentiis ipsum Deum copulari, non quo ad esse reale primae intelligentiae, sed secundum esse quoddam eiusdem obiectiuum & spirituale, unumq; fieri hoc modo cum eis. Cy. quid correspondere putas hisce uerbulis in natura? nonne sunt animi deliramenta? nonne magis illaqueantur: hi laqueos effugere tentantes? quandoquidem nullum esse spiritualius dici potest ipso diuino esse. neq; potest Deus ipse copulari angelicis mētibus obiectiue (ut ipsi opinantur hoc pacto) nisi per speciem uel actualem cognitionem minime consubstantialem Deo glorioso. eademq; redit (ut prius) argumenti difficultas. Di. subtilissime per Iouem obiecisti, nemoq; nisi rationis expers his ita Philosophātiū opinionibus assentiet. mirorq; plurimū qualiter pleriq; audeant nonnulla de his propallare teretismata contra sanctam fidem simplicibus uulgi auribus insuflantes, pluraq; secundum Aueroem fingētes q̄ ipsemet Aueroes effingere non potuit. uerū enim

uero iam iam tempus esse arbitror, quo ad priorem du bii solutionem animum conuertamus. Cy. quam? Di. grauissima extitit illa difficultas adducta superius de mente Philosophi, de mundanorum cognitione ab intellectu diuino, ex quo uilesceret ille purissimus intellectus. mouitq; plerosq; argumentũ illud opinari non esse Aristotelis intentionem, diuinam illam mentem comprehendere posse temporalia. Cy. optime censuisti trutinãdum esse philosophi argumentum, duoq; hoc in loco peragenda esse arbitror. Di. quæ? Cy. probanda est primo hæc de mente Aristotelis conclusio, Deum uidelicet temporalia cognoscere, deinde philosophi auctoritas dilucidanda. Di. hæc per Iouem scitu dignissima sunt. primum igitur mihi gratissimum prosequere iuxta peripatetica monumenta. quia theologorum opinio est mihi notissima. Cy. optima entium in uniuerso dispositio inferendæ conclusionis est indicium. Di. quo nã pacto? Cy. entia nolunt male disponi, inquit Aristoteles in calce duodecimi, pluralitas principatuum mala, unus ergo princeps omnia disponẽs admirabili, ut uidere licet, ordine, nec non compositione. Di. perpulchra est sane Philosophi sententia. qua elicienda est utiq; rerum omnium ab ipso conditore dependentia, sed non cognitio. quandoquidem esse possit causati a causa dependentia absq; ulla causati ab ipsa causa cognitione. ueluti plurimũ accidere solet in corporaliũ procreatione. ignis nãq; ignem generat absq; ulla geniti ab eo notitia. Cy. ab uniuersalioribus pricipiis ad specialiora est more Philo

ſophi deſcenſus. Di. utiq; quorſum tamen? Cy. aliud ſane huic annectendum eſt. Di. quod? Cy. Deus ipſe glorioſus eſt rerum omnium cauſa agens per cognitionem. ut ſupra innotuit de mente Philoſophi, naturaliq; ratione probatum. Di. fateor. Cy. cognoſcit ergo Deus omne cauſatum ab ipſo. cum igitur totum uniuerſum ab eo dependeat, ab eoq; eſſe capiat, ſiue quo ad ſpiritales uſias. quas angelos animaſq; appellamus, ſiue corporales eſſentias, quas equidem cælum, elementa, mineras, cunctaq; animantia eſſe dicimus, uniuerſa iccirco Deus conſpicit, uniuerſa contemplatur. Di. noſce abs te uelim propoſiti huius conſecutionem. unde intenta concluſio deducenda ſit? Cy. habitis iactiſq; fundamentis facile domus efficitur. ſit igitur hæc manifeſta de mente Philoſophi conſecutio ualidiſſimæ rationis. omne agens per cognitionem concipit illud quod ab ipſo efficitur. ueluti cuicunq; parum etiam in philoſophia exercitato manifeſtum eſt principium hoc. quoniam prædicati negatio infert ſubiecti negationem. ſed Deus eſt omnium cauſa per cognitionem agens. uti ſupra innotuit. igitur Deus uniuerſa cognoſcit. de quibus ergo dubitandum cenſes? Di. efficaciſſimum eſt equidē argumentum hoc peripatetice concludens, quod quęritādum putaueram. uerumtamen tanta eſt proteruiētium uerſutia, tantaq; expugnandæ ueritatis inſimulatio, ut nequaq̄ deſint, qui contra manifeſtam rei ueritatem cauillare audent. Cy. ueritas ubiq; irrefragabilis eſt ueritas, neq; curandus eſt uulgi conſenſus. Di. ita cenſeo. pleriq; tamen

eam profiteri negligunt, uel propter naturæ imbecillitatem intellectus, uel ob pernitiosam consuetudinem eorum in sermonibus falsis, ut primo cæli testat̃ Aueroes, uel propter modicam exercitationem in dialecticis. Cy. frustra laborat, quicũq; uespertilioni aut uellãtibus oculos Phœbum nititur ostẽtare. immo sat fecisse arbitror qui ueritatem ipsam in propatulo collocauit, & lucernã super candelabro posuit, ut luceat omnibus, qui oculos habent. q̃uis tanta etiam sit rationis illius efficatia, ut nullus eis cauillandi locus accõmodetur. Di. immo hæc est mortalium errandi licentia, delitescendiq; libertas. Cy. quas opinaris eoꝝ fieri cauillationes? Di. plurimas equidem percenseo & maiori minoriq; subsumpta ꝓpositionibus, immo & conclusionis euidentiam pertentabunt extorquere. Cy. abhorrenda per Iouem monstra propallare uideris, dixerimq; nec ne hosce homines ita cogitãtes longe ambigo. qui sacra Deorum decreta, dispositamq; uniuersi Machinã admirabili ordine cauillis euertere audeant, gratissimumq; mihi erit abs te in præsentiarum nosce horum opiniones. Di. ita faciundum existimo, quo magis argumẽti robur innotescat, falsæq; aberrantium cauillationes tollantur. quibus exprobatis nemini dubium erit omnia Deum sublimẽ spectare. quoniam efficacissimam puto illam rationem peripateticæ opinioni consentaneam & naturæ. Cy. quid ergo ad maiorem primum esse dicendum putarent? Di. triphariam sane quispiam cauillabit. primo nanq; modo neganda illa propositio putaretur ab illo, qui plurimos affectus ab

agente per cognitionem fieri concederet. ab eo tamen minime intentos puta fortuitos. ambulabit nanq; in forum Socrates ea, ut Platonem alloquatur intentione, exigetq; a Cicerone pecuniam minime intentam. quam ob rem huiuscemodi respondentes experientia ducti maiorem abnegabunt. Diceret uero alius cauillator ad illam. ꝙ uera est. quando agens ex certa deliberatiōe agit. ueluti secundo physicæ auscultationis ĩquit Auerroes. plurima nanq; fieri solent ab homine per cognitionem agente, incognita & sine fine aliquo. ueluti palam eē potest in motu capillorum uel festucæ pedibus nunq̃ excogitato. Respōderet deniq; tertius, ꝓbabiliori sane modo, maiorem illam exponendã fore hoc pacto. Cy. quo? Di. omne agens per cognitionẽ cognoscit id quod agit. uel quidpiam aliud, in quo illud quod fit, nobiliori eminentioriq; modo continetur. secundum quam expositionem ueridica est illa maior, siue sit in æterno rerum factore siue temporaneis agentibus. hocq; pacto conclusio illa iuxta horum sententiam uere elicitur. haud quidem ꝙ lapidem uel angelum Deus ad extra cognoscat. uerum pro tanto cōspicit producta hæc extrinseca, pro quanto diuinam contemplatur essentiã, in qua nobilius esse sibi uendicat lapis. q̃ propria suimet natura sit in proprio genere. quo fit. ut sese hoc modo cognoscendo Deus quodcunq; agnoscit extrinsecum, nihil attamen externum intuendo. has itaq; arbitror ualidiores horum esse responsiones, quo ad maioris inductæ solutionem & euidẽtiam. Cy. gratulor sane generose Didime te suc-

cincta narratione possibiles aduersariorum cauillos assi gnari,in medium attulisse.quo maior illa propositio eui dentior haberetur.ueteri nanq; prouerbio dicitur.comparatio causat iudicium.atq; examen manifestat conditionem rei. Di.quam ergo illorum ita philosophātium sententiam putas magis esse ueritati consentaneam? uel argumenti robur infringere? Cy.nullam. Di.quo nam pacto? Cy.cauillatio prima nequaq̃ nouit maioris illius peripateticam euidentiam. quandoquidem uerificanda sit illa propositio de causa per se agente per cognitionē. cui præsertim nihil fortuitum succedere potest. ueluti sunt causæ supercælestes, respectu quarū nullus casus, nullaq; fortuna esse potest. ut inquit secundo physicorum Aristoteles.quam ob rem deridenda est illa responsio ita proteruientium. Secundus etiam dicendi modus est imbecillis. quandoquidem indeliberate operari agētis indicet imperfectionē.quæ nullo pacto diuinis ascribenda est. qua de re uerissima certissimaq; uidebitur inducta illa propositio, uidelicet omne agens per cognitionem absq; ulla præsertim actionis imperfectione cognoscit id quod agit.Di.perpulchre equidem confutasti hosce philosophantium cauillos prorsus ab omni ueritate alienos.quid attamen de tertio dicendi modo,qui maiori quopiam ueritatis umbraculo tegitur.opinaris? Cy.illa sane postrema responsio clypeo fere protecta ueritatis nititur falsum sustentare. Di.mira refers per Herculem.uerum quo nam pacto recenses? Cy.ex quo diuinitas,quæ omnium est(ut dixi)perfectionum pela-

gus omnia continens, omnia ambiens atq; eminẽter uniuersa comprehendens est primarium illius infinitæ sapientiæ obiectũ. ratione cuius efficitur omne quod efficitur. siue fuerit æuiternum siue temporale. icirco putant hi diuinum intellectum nihil extraneum posse cõtemplari, longeq; hac de causa decipiuntur. Di. uelim sane abs te noscere horum allucinationem. quoniam ueritati consentanea putatur eorum opinio, quibus igitur ita sentientes illaqueantur decipulis? Cy. putas ne speculum intuẽtes illa q̃ obiiciunt posse decernere absq; imaginibus illa representantibus? quando etiam speculi natura longe nobilior, longeq; præstantior his, quæ obiiciuntur. existeret. Di. nequaq̃ arbitror. Cy. cæcutientẽ igitur ita opinãtes, ignarumq; suarum operationum Deũ faciunt, quo nihil abhorrendum est magis. Di. ualissimũ quippe rationum tuarum uigorem animaduerto, uerũ enim uero cõclusionis consensus uidetur esse difficilis. ea præsertim de causa, q intellectus ille diuinus, si quicq̃ ad extra conspicit. obiectum suum primarium excedere putabitur. quodquidem triplici primitate sibi primarium dedicatur. Cy. qua? Di. diuinitas ponitur obiectum primum perfectionis eminentia, quum nihil ei ualeat præstare perfectione. ponitur deinde primum primitate originis. quia eius intuitus cæteris aliorum entiũ cognitionibus antefertur. icirco nõ potest uniuersum prius, deinde suam intueri essentiam. est deniq; primum primitate adęquationis. quoniam nihil ab intellectu illo purissimo concipitur, nisi uirtute deitatis. quo fit, ut ue-

ra putetur illorum opinio qui Deum nihil extra se cognoscere persenserũt. Cy. subtilissime profecto ex obiecti primitatibus obiecisti, quantumq; fieri potest, corroborata est aduersariorum sententia. uerumtamen latet hamus in esca. Di. nihil sane latere putant, immo palam esse potest intellectum diuinum nullo pacto speculari posse quicq̃ præter essentiam suã. Cy. quicunq; ita sentiunt, aut uerum minime intelligunt. aut ueritatem capescere negligunt. quandoquidem longe differant (ut opinor) intelligere quidpiam ad extra, secundum quod est ad extra, & intelligere ad extra, secũdum q́ est ad intra. Di. hæc adeo uidentur cognitu difficilia. ut nulla sit ex hisce uerbis elicienda sententia. qua de re clarius exponas uelim. quid intelligendum sit extra, secundum q́ est ad extra cognoscere, & extra, secundum q́ est ad intra speculari, quoniam nonnulli hæc forsan implicare contradictionem putabunt. Cy. putas ne in ipsa rerum cognitione obiectum concurrere. ipsamq; cognoscendi rationem? Di. omnino. Cy. quicunq; niuis aut cygni albedinem cognosceret per speculum. ipsamq; in propria præsentia intueretur, non ne albedinem ad extra utroq; modo perspiceret? Di. fateor. Cy. esset ne ratio eadem cognoscendi? Di. minime. quoniam aliud quidem est in representante obiectum cognoscere, aliudq; idem in propria natura causante sui notitiam comprehendere. Cy. hoc certe modo intelligenda est illa superior distinctio. quoniam & si diuinus intellectus puta mundum, qui ad extra existit, in proprio genere, intueatur, illum

tamen ratione deitatis intelligit eminentissime continentis & repraesentantis. & hoc est ad extra cognoscere, secundum quod est ad intra, ex parte rationis cognoscēdi. minime autem putare licet, Deum conspicere mūdum ad extra, secundum quod est ad extra. ita quod aliunde q̃ ab ipsa diuina essentia uendicet notitiam. quoniā non esset (ut dixisti) primarium eius obiectum adæquatione. quo fit, ut oppositū sentientiū debilitas opinionis facile innotescat, uidelicet diuinam mētem nihil ad extra se intelligere. Di. hoc sane pacto illi recenserent primum opificem cognoscere ad extra secundum quod est ad intra, quo ad rationem obiectalem in ratione causæ cognitionis. Cy. hi neq; ita sentiunt, neq; confiteri præsumunt in peripatetica achademia. immo penitus abhorrendum putant excitati quibusdam Auerois (ut aiunt) rationibus, nullam esse Dei cognitionem probantibus rerum ad extra, etiam in ratione obiectorum. primo quippe quoniam scientia Dei uel esset rerum in uniuersali cognitarum, & sic esset confusa & imperfecta. uel foret in particulari comprehēsarum, & sic infinita cognosceretur in actu, quod sane abhorret natura. quam ob causam confitentur hi nihil ad extra, ut obiectum etiam est, ab ipso rerum opifice cognoscendum, qualitercunq; sit illa cognoscendi ratio. Di. coloratum uidetur esse illorum fundamentum aueroicum paulo infra discutiendum. ne ulla eis accommodetur instandi licentia. Cy. nodus ille non difficile soluitur. ex quibus liquere potest, q̃ uanæ fuerint illorum cauillationes. qui uel maiorem illam conan

tur infringere,uel falso illam exponere. Di. subtilissime hercle confutasti falsas aduersariorum opiniones. quo ad maioris inductionem,quā absq; ulla dubitatione con cedendam esse arbitror. iam iamq; ad minorem accedē dum est, quo integerrimus argumenti uigor elucescat. Cy. maximo equidem dolore afficior apertissimam ueri tatem cauillatoribus infestari. Di. nostin commune adagium. alta petit liuor, perflant altissima uenti? siccine ueritas celebranda est? efferenda? magisq; honoranda? Cy. uerum tenes. quid igitur ad minorem illam propositionem dicerent alii? Di. pleriq; illam abnegarent. quando quidem nullam efficientiæ causalitatē Deo ascriberent. ipsumq; nihil ad extra effectiue causare. uerum potius finalem esse omnium causam primam de mente Aristotelis & Auerois profiterentur. Cy. expectabam per Iouē falsiora falsis audire superioribus. quoniam nihil est in tota peripatetica philosophia dissentaneum magis, magisq; improbabile, q̄ ueram efficientiæ causalitatem ab ipso Deo uelle seiungere. quæ nam erit uniuersi origo? quis mundi principatus? quæ ue rerum essentialis dependentia? cui tam admirabilis mundi factura? elemētorum compago? animantium series dedicabitur? o stultos homines quæ nam dementia cœpit? non ne finis significat agens, ipsumq; requirit intentione necessaria? non ne cælum indiget intelligentia sibi largiente nō solum motum sed substantiam æternam? ut inquit Aueroes in de substantia orbis, non ne mouit Aristotelem ponere agens separatum in factione rerum immateria-

lium: nihilq; prohibet sempiternorum esse alteras causas Aueroe teste septimo primæ philosophiæ. non ne præter ipsa sensibilia opere precium est motiuum esse atq; effectiuum principium separatum: aliter nulla esset inferiorum causarum neq; generationū series teste Philosopho in calce duodecimi. nec non Aueroe in destructione destructionū tertia disputatione. absurdū pfecto arbitror cōtra hosce manifesta philosophiæ pricipia ab negantes habere sermonē doctrinarum. Di. ita sane censeo. meq; in maximam admirationem ducunt, qui hæc imitari dogmata, eaq; in scholis disceptare peripateticis audēt plurima falsa ueris admiscētes. Cy. possibile utiq; arbitror quempiam recte in aliqua materia posse philosophari, in alia uero simpliciter aberrare. cuiusmodi sūt hi Aristoteli imponentes, quæ minime sibi consentiunt: ueluti Salomoni omnium sua tempestate sapientissimo accidisse ferunt. qui cum fallacibus mulierum precibus & illecebris deceptus ad idolatriam, motusq; abhorrendos promouebatur, sapientiæ officio nequaq̄ fungebat. immo insipientis more inania propallabat. Di. ita censeo. uerumtamen plurima pro hac opinione argumenta in medium adduci solent. ut nulla primæ causæ iudicetur efficientia, innumerisq; Philosophi & Commentatoris auctoritatibus sese tueri laborant. Cy. nisi maioribus insistendum esset quæsitis, ampliori equidem sermone discutienda foret hæc de immensa Dei efficiētia rerum omnium prouincia; uerum differenda est commodiori alias tempore disceptāda. Di. ne de genere in genus mi-

grandum sit,ut inquit posteriorum primo Philosophus, hæc in tantum dicta sint,quo ad argumenti robur indissolubile. neq; quid ultro afferri potest cauilli, facile cognosco.nunc tempus esse arbitror.quo reliquum quod expediendum proposueras,aggrediamur. Cy.quid? Di. qualiter intelligenda sint Aristotelis uerba duodecimo primæ philosophiæ(ut diximus) asseuerantis intellectũ diuinum uilescere,si quicq̃ mundanum perspiciet. quæ maximam decipuli causam plerisq; attulerũt.maximũq; illis extitisse argumentum.Cy.nostin grana tritici formicis esse grauissima? quoniam perexigua est earum potentia,ita sane laboriosæ esse solent nonnullæ in cortice philosophantibus Aristotelis(etsi leuissimæ sint) auctoritates.quarum modicula expositione tollitur omnis mediorum apparentia. omnisq; illorum efficatia. Di. quam ergo putas Aristotelis intentionem extitisse? Cy. quam mõstraui superius. quandoquidem sit penitus impossibile diuinum intellectum quicquam mundanum cognoscere,aliunde q̃ ab ipsa deitate comparantem notitiam. quoniã sic omnino uilesceret accidentaliter illam suscipiẽdo cognitionẽ ab exteriori obiecto perfectiuo depẽdens. hocq; pacto certissima est Philosophi sententia. quam nemo Theologus,nemo Platonicus,nemoq; peripateticus abnegauit. nullamq; contradictionem esse diximus Deũ ad extra, secũdũ q, est ad intra, intelligere. q̃q̃ id,qd' est ad intra,secũdũ q, est ad ĩtra,primo speculat.quũ primariũ sit ipsa diuinitas obiectũ cognitionis illius terminatiuũ.adeoq; primariũ,quod si primus non

K

esset illius intuitus, nullius prorsus exterioris obiecti eēt intelligentia. impossibilia uero hæc esse arbitror. Deum quæcunq; sunt ad extra, secundum q; sunt ad extra (ut diximus) cognoscere. & quæcunq; sunt ad intra secundum q; sunt ad extra, contemplari. primum sane horum ob infinitam summamq; diuinæ mentis puritatem est illi dissentaneum. Secundum uero deitati singularissimæ cuncta uirtualiter continenti simpliciter repugnat. Di. subtilissimam hercle dubii solutionem audiui, nihilq; superesse difficultatis facile perspicio, indubiamq; peripateticam cōclusionē eē animaduerto, Deum uidelicet habere notitiam omniū quæ in uniuerso cōtinentur. Verũ enim uero superioribus abditiora forsan ex dictis occurrūt discutienda. Cy. memini te superius pergrādē tetigisse similitudinem inter ignem amorem & sciētiam, suisq; in actionibus uacare terminis, quam certe modo abs te uerificari concipio. quandoquidem solertissimum ingenium tuum quiescat nunq̃ in ueri perscrutatione. Di. tria sane philosophis omnibus atq; theologis gratissima cognitu disceptanda sunt annexa superioribus, ne speculantis ingenium in dubiorum chaos inextricabile incidat & confundatur. Cy. edissere. Di. primum sane quæsitum arbitror. nunquid ipse Deus gloriosus uniuersalia tantum an etiā singularia quæq; concipiat? secundū nunquid infallibilem futurorum contingentium habeat notitiam? Tertium deniq; nunquid sit aliqua Dei prouidentia in uniuerso? Cy. facile credideram te hucusq; difficiliora exegisse. quæ quum hisce nuperrime quæsitis

conferuntur longe omnibus faciliora sunt. Di. noueram me per Herculem hodierna die quæsitis huiuscemodi tibi fore infestissimum, quibus cum supersedēdum esse censueris, fortasse iucundioribus inuigilabimus. Cy. ne quempiam modo litterarium laborem effugere, uel tibi morem gerere abnuere uidear. quæsita pro uiribus elucidabo. etsi minime ambigam abditissima hæc longiora temporum curricula expostulare. Di. quātum locus iste patietur, ut lubet, disserendum est. idq; tritum adagium obseruari dignum est. si nō facis quod uelis, facias quod possis, periucundumq; mihi diem hunc superis concessum esse crediderim, quo resolutionem abditissimarum huiuscemodi quæstionū percepero. quid igitur ad quæsitum primum dicendum putas? an Deus uniuersalia tā tum intelligat? Cy. arduum profecto negocium supponere uideris. de quo non minus dubitant pleriq; theologi nec non philosophi. dum primo quærendum censes. an Deus uniuersalia tantum intelligat? paucis admodum uere disceptandum. quoniam quæstio supponēda præmittit ac quærenda proponit. Di. ita esse arbitror. quorsum? Cy. quicunq; uniuersalia nihil esse in rerum natura contendunt, hoc in quæsito frustra laborabunt. mirorq; huiuscemodi philosophantes tot irretiri decipulis. ut quæ uniuersum complent. quæ stabilem naturæ ordinem seruant. quæ certissimam disciplinarum omnium normam ac regulam manutenent. ignorentur penitusq; abnegentur. de quibus tota peripatetica philosophia tradita est. quis nanq; nouissimus etiam philoso-

phiæ miles æquum putabit participabiles rerum essentias, aliam q̃ numeralem, immo minorem sibi unitatem uendicantes. quæ potentia uniuersalia solent appellitari. ex uniuerso tolli? quandoquidem his e medio sublatis, nulla philosophiæ ueritas naturalis, nulla matematicarum demonstrationum, nullaq; primæ philosophiæ contemplatio comparanda sit ex rei natura, cuius oppositum sensit ubiq; philosophus, nec non fidissimus eius interpres Aueroes. scribunt namq; de anima secundo. naturam fuisse miseratam specierum, quæ quũ in uno indiuiduo conseruari nequeant. saltem per indiuiduorum successionem conseruantur in illis. aerq; & cælum diafaneitatem participant, nõ inquantum aer est, aut cælũ. sed secundum unam naturam communem existentem in eis. quid clarius? prætereo demum ĩnumerabiles Aristotelis & Auerois auctoritates hoc ostendentes, uerũ enimuero ne solẽ facibus illustrare uideamur, hæc alias differenda prætermittimus. Di. hoc adeo manifestum esse debet, ut nullum in præsentiaꝝ sit litigium. his igitur in natura concessis, primum sit quæsitũ illud in præsentiarum differendum. Cy. quo tuæ morem geram uoluntati conclusionem hanc puto esse sustinendam, certissimã quippe Deus oĩum cognitionẽ habet tã uniuersalium q̃ singularium, non solum de mente Theologorum, uerum etiam Philosophorum. Di. quo nam pacto? Cy. essentia quippe diuina cum sit omnium perfectionum pelagus omnia cõprehendẽs, omnia repræsentans ueluti speculum immensæ uirtutis idealibus referta est

rationibus,quibus mundus est archetypus.quam quidē diuinitatem intellectus ille purissimus primo comprehendens unico prospicit intuitu quæcunq; in illa omnipotenti natura eminentissime continentur,actuq; omnia clarissime intuetur absq; ulla cognoscendi potentialitate,absq; ulla sui permutatione.quo fit, ut mutabilia immutabiliter,& potentialia actualiter,& incerta certitudinaliter,& contingentia necessario,& extranea intrinsece cognoscat.cui sane ueritati consentanea est Auerois intentio duodecimo primæ philosophiæ asseuerantis omnes formas actu eē in primo motore, quas nemo ambigit existere secundum rationes ideales. de quibus Plato in timeo persensit,ut inquit Augustinus ideas de mēte Platonis in mente diuina fore statuendas. a quibus effluxa est admirabilis hæc uniuersi machina exemplariter ab eis dependens. Di.actus ex obiectis plurificari solent.quo fit,ut multiplices in Deo sint rerum intuitus, unicusq; nō erit illius diuinitatis actus,neq; omnimoda simplicitas.maximū ergo uidebitur esse incōueniēs Deū uniuersa comprehendere. Cy.immensa est adeo diuina illa cognitio,ut nullam intelligentiæ pluralitatem admittat, unicusq; actus est ab obiecto primario emergens, ab obiectis illis secundariis minime plurificatus, quæ quum propria eorum uirtute intelligi nō possint,minus etiam diuinum illum multiplicabunt intuitum. Di.perpulchram assignasti rationem penes theologizantes infallibilem.qua tamen ex causa cogerentur etiam philosophi hoc asseuerare? Cy.certissimum est in tota peri-

patetica philosophia principium, Aueroe teste secundo physici auditus, omne agens agere propter finem, quem uel ipsum agens cognoscit, uel ab alio finem cognoscente dirigitur, ut inquit Aueroes undecimo primæ philosophiæ. quum igitur naturale agens agat propter finem, quem sane minime cognoscit: puta ignis ignem generans, nemo ambigit ipsum ab agente superiori finem cognoscente dirigi, quod quidem rememorationem a superioribus causis uocat Aueroes. Deus itaq; uniuersos causarum omnium effectus intelligit, siue sint uniuersales, siue sint particulares per proprias illorum ideas in diuina mente relucentes, ut subtilissime inqt Aueroes in de somno & uigilia. q quũ ista ĩdiuidua habeãt determinatũ eẽ, necesse est, ut natura eoꝶ sit ĩtellecta apud formã abstractã, cuius ꝑportio ad illã est sane ꝑportio formæ artificis ad artificiatum, quid clarius? & decimo ethicorum scribit Philosophus, Deus gaudet eo, qui sibi nititur assimilari. & inquit Commentator, dignius putandũ est, ut illis Deus benefaciat, qui amãt ipsum plus, & subdit, & ut honorificet eos & uisitet illos, queadmodum est dispositio amici cum amico. Di. mira profecto percepi ex peripatetico fonte emanantia. uerum enim uero quispiam secundariis intelligentiis hoc attribuet. nequaq̃ autem primæ causæ conuenire percensebit. Cy. decidit in Syllam cupiens uitare Charybdim. Di. cur? Cy. non ne intelligentiarum causalitas inferiorum a primo depẽdet agente (ut diximus) per cognitionem? non ne causa primaria (ut inquit Proculus) in effectũ plus influit, q̃ cau-

sa secundaria? non ne demum cæteris in intelligētiis tan ta est repugnantia externæ cognitionis, quanta est in suprema omnium causa secundum huiuscemodi philosophantes? non ne Philosophus tertio primæ philosophię ad maximum incommodum deduxit Empedoclem. quādoquidem ex ipsius principiis ipsum Deum ignorare litem probauit? quam minime posse cognoscere cogebatur Empedocles asseuerare? ex quo litem in Deo comperiri putabat impossibile. quis præterea ita rationis expers abnegabit Deum sese cognoscere nō posse distinctissime? ipsumq; distinctum esse ab omni creatura? primamq; omniū esse causam? ab ipsisq; cæteris omnibus intelligentiis orbium motricibus esse disiunctum? maximum sane uidetur horum ita sentientium inconueniens hæc abnegare, quæ nequaquam uera esse poterunt absq; causatorum cognitione. Di. efficacissima per Iouem media tetigisti iuxta certiora Philosophi principia, quibus indubitata conclusio est de mente Aristotelis sustentāda. quādoquidem oppositum opinantes, omnem politiam, omnem moralitatē, omnemq; prorsus religionem de medio tollant. acceditq; opinio hæc ad id, quod dixit insipiens in corde suo, non est Deus, immensam nanq; Dei sapientiam abnegantes ipsum Deum abnegant, neq; cum hisce disputandum est. ueluti physicorum primo scribit Aristoteles, cū principia negantibus nullus habendus sermo est. id attamen abs te scire uelim. Deus nec ne prius uniuersalia cognoscat an particularia? Cy. etsi maxima hæc sit ambiguitas affirmatiue

tamen discutienda est. quoniam nullus intellectus equiparandus est altissimo, tam secundum comprehensionẽ, q̃ secundum dependentiam. quũ nullus intellectus, Auero teste tertio de aĩa, sit ab ipsa potentia liberatus præter primum, neq; uniuersas entium naturas secundum omnes earum conditiones ualet intelligere, quemadmodum ille diuinus. quam ob rem quum uniuersalia priora sint ipsis, quæ singularia sunt. illa utiq; prius ĩtelligi necesse est. hocq; de omnibus ab ipso cognitis dicendum puta. siue absoluta siue respectiua extiterint. quoniam qualis est eorum natura, talis est eorum ordinata intelligentia. Di. impossibile omnino uideri potest ullam putare ibĩ notitiæ prioritatem. quãdoquidem unicus existit omnium cognitorum actus. omniaq; ab æterno, nihilq; de nouo Deus intelligit. immo si qualis (ut dixisti) ordo est ipsarum rerum in natura, talis est earũ cognitio. tunc non solum multiplex est rerum cognitio, immo & successiua atq; temporanea, quum plurima sint præcipue singularia tempori & motui subiecta per maxima temporum interstitia seiuncta. maiusq; profecto putabitur inconueniens hanc in Deo ponere notitiam. quoniam si eadem omnium est. tunc ipsa cognitio pręcedet obiectum, cuius est, quod maxime absurdũ putauit Philosophus in categoriis, dum retulit in paucis uel nullis quis comperiet scientiam simul esse cum scibili. si uero alia est, tunc imperfectus erit ille purissimus intellectus (ut supra monstrauimus) Cy. q̃q̃ subtilissime obieceris, ut ueritas ipsa clarius elucescat, attamẽ ex quo nulla nõ

solum penes theologizantes immo & peripateticos est repugnantia prioritatem & posterioritatem uno modo sumptam esse compossibilem simultati alio modo sumptæ, iccirco in huiuscemodi cognitis ab intellectu diuino æternaliter cum simultate diuinę cognitionis est nõnulla huius ab hoc præsuppositio, absq; tamẽ ulla diuinæ notitiæ causalitate. ueluti palã esse potest in cæli substantia suisq; accidentibus de mente Philosophi, quæ et si duratione simultanea sint, ipsam tamen cælestem substantiam esse natura priorem omnibus illis accidẽtibus indubie persensit Aristoteles. hocq; modo putãdum est cognitorum ordinem esse ita statuendum. ut primariũ sit obiectum ipsa diuinitas, ueluti splendidissimum omnium speculum, ac generale omnium exemplar. cætera uero sint obiecta secundaria iuxta proprios entitatum suarum gradus cognoscenda, ut inquit Augustinus, omnia constituisti domine in numero pondere & mensura. quam ob rem minime inferendam esse puto cognitionum multiplicitatem, quandoquidem ab obiecto primario uendicetur intelligentia. neq; ullã cognitionis successionem, quoniam successio rerum nullam cognitionis infert in Deo intercapedinẽ, ut ĩquit Augustinus. Deus non nouit aliter facta q̃ fienda. nullaq; hoc pacto cognitio prior esse potest obiecto, a quo suam capiat entitatẽ atq; unitatem. nullũq; sequi incommodũ intueor ita uere sentientes. Di. ex quo diuinus intellectus uniuersalia contemplatur, manifestum saltem sequit̃ inconueniens, quoniã (ueluti Auerroes undecimo primæ philosophiæ

L

nititur probare) in Deo cõfusa dabitur notitia ex quo intelligit uniuersalia. quoq; cõfusam esse notitiam nemo ambigit. Cy. longe fallit qui hoc arbitrat. quandoquidẽ tria hæc lõge differant, singulare uidelicet ut singulare est, cognoscere, atq; uniuersale ut uniuersale est, itellige re, ac deniq; singulare sub uniuersali speculari. quoniam prima illa duo ad ipsum diuinum pertinẽt intellectum ex ꝓpria entium natura absq; ulla cognoscendi imper fectione. Tertium uero intelligentis imperfectionẽ testa tur ex confusa notitia prodeuntẽ. plurimiq; in hisce co gnoscendi rationibus allucinantur. nihilq; Deo tribuen dum puto nisi quod ab omni prorsus defectu immune est. ueluti communis omnium sapientũ est opinio. Di. confusa cognitio imperfecta est. Cy. utiq;. Di. qualiter da bitur confusa cognitio nisi fuerit obiecti confusi? Cy. hoc plerisq; causa extitit decipuli. Di. cur? Cy. nõ est cõ fusi cõfusa cognitio, neq; distincti distincta notitia. quã doquidẽ sæpissime cõtingat. ut distinctissima sit cõfusi cognitio, puta speciei iuxta formalem eius rationem cõ ceptæ, nec non distincti confusa peritia, puta singularis sub uniuersali generico percepti uel specifico. hacq; de causa pleriq; a ueriori Aristotelis intentione in physicis declinarunt. est igitur in Deo distinctissima rerum om nium cognitio tam uniuersalium q̃ singularium. mini me tamen in Deo ponitur cognitio cuiuspiam singula ris sub uniuersali ratione concepti. ueluti subtilissime intulit Aueroes. quoniam modus ille confuse concipien di est intellectui diuino penitus incõpossibilis siue uni

uersale sub uniuersali, siue singulare sub uniuersali Deus intelligat. Di. tuis adeo sermonibus acquiescendū ē, ut nō solū aueroicam dilucidasti ambiguitatē, uerꝫ etiā facile patere potest q̄ uanæ sint illæ peripateticorum controuersiæ de primo cognito in exordio physicæ auscultationis. dum quottidie litigant an maius aut minus uniuersale sit intellectui nostro magis notum? innumerisq; dissidiis fimbrias dilatant absq; ulla philosophi intentione. Cy. uera per Iouem sentis, quoniam quicunq; singulare primum asserunt cognosci negligūt Aristotelis physicoꝝ primo intentionē, neq; ēt uerba pcipiunt. qui ipsum hoc modo uniuersale primo esse cognoscendum putant, qm̄ singulare, si, ut singulare est, cognoscit. aut uniuersale, ut uniuersale est, fit hoc modo cognitū, nullius coꝝ est confusa notitia, neq; per cōsequētis primo habenda. si uero singularis, ut sub uniuersali est cognitum, fit intelligentia. & uniuersalis, ut uniuersale est, tunc singularis est cōfusa notitia. minime aūt uniuersalis, qm̄ distincta notitia primo nobis assignari nō potest. nemo itaq; sanæ mentis opinabitur, uniuersale sic esse primum cognitum. si uero fuerit eiusdem singularis uel uniuersalis, ut sic, & sic apprehensi, palā esse poterit q̄ta sit huiuscemodi philosophantiū allucinatio, suorumq; litigioꝝ truffa. qui ita cōtendunt. neq; cēsendi sunt peripatetici quicunq; Aristoteli figmenta imponunt, neq; Aueroistæ, qui agētem putant intellectum sibi ad placitum copulari. neq; famosa omnia ueritatem sapiunt. Di. audiui ex superioribus abs te dictis ipsum Deum singularia

mutabilia immutabiliter agnoscere,& potentialia actualiter.quo nam pacto recenses? quoniam dabitur entium infinitas in actu cognita. quod quidem absurdum putauit Aueroes,ut superius innotuit.Cy.quicunq; immutabile speculum unica & permanenti uisione intuetur, non ne quæcunq; repræsentata,quantumcunq; moueantur in propria existentia,immutabiliter,immo unica uisione cuncta prospiciet? Di.utiq;.Cy. non ne quæcunq; etiam p illud cognoscēda sunt, siue actu fuerint in propria natura, siue fuerint possibilia, siue actu finita; siue infinita,si ponerentur ad minus in potentia,illa utiq; obiecta infinita in potētia cognoscerent actu? sumpta cognitionis actualitate ab actuali speculi intuitu,absq; hoc q producēda essent producta,& potētia infinita essent actu infinita? quandoquidē cognitionis actualitas minime inferat obiecti actualitatem.ut puta rosa est actu cognita,igitur actu est.nulla est consequētia.teste Philosopho secundo periermenias. quo fit, ut nulla repugnātia nullumq; dissidium emergat ex illa Dei cognitione respectu omniū,quæ ab ipso conspiciuntur in illa immensa diuinitate: eminentius oīa continēte, q̄ ipsa sint in se ipsis,neq; ob hoc finita sunt infinita, neq; īfinita finiuntur,neq; in esse quopiam actuali posita sunt,quo ad propriam suæ naturæ cōditionē. Di.nō ne mutabilis Deus ipse putabitur modo hoc modo illud obiectum intelligens? uel ab uno ad aliud discurrēs,uel unius ex alio notitiam sibi comparans? quoniam lunæ defectum luminis ex obiectu ipsius terræ percipiet. Cy. ualidissimum

aduersariorum propugnaculũ hoc esse solet. qui si quidem seriem mutationis recte capescerent, hoc minime inferendũ putarent. q̃m ubi nulla est prioritas aut posterioritas, ubi etiã nulla est successio formæ superuenientis, ibi nulla mutatio esse potest. mutari nãq; teste Philosopho est aliter se habere nũc, q̃ prius, aliquid intrinsece suscipiendo. quicunq; deinde intellectus nullius cognitionem per aliud intelligendo sibi uendicat, discursu quopiam nequaq̃ indigebit. quicunq; demum nõ aliunde q̃ ab uno fontali perfectionum principio notitiã omnium sibi comparat, minime suscipiet aliunde causatam intelligentiam. Di. iam iã profecto intueor, quo tendunt uerba hæc. quidq; ex hisce uerbis elicere pertentas. nam ex quo Deus ipse idelebilẽ hẽt, æternãq; oĩum cognitionẽ, neq; nõ hoc, modo illud intelligit, iccirco mutari nõ potest. neq; potest ibi discursus inueniri. quãdoquidem nulla est diuinæ mentis illatio ex aliquo actu præcognito ad aliud potentia cognoscendũ. neq; potest deniq; diuinus intellectus ab alio q̃ a sua essentia uẽdicare cognitionem, ideo soluunt̃ omnes inductę dubitationes. Cy. uerum tenes. Di. etsi ꝓfecto subtilissimis rationibus intentum probaueris iuxta ueriorem Philosophi & Auerrois intentionem, uerumtamen plerosq; noui percelebres etiam nostræ tempestatis uiros, qui Aristoteli suoq; Commentatori oppositum ascribere conati sunt, moti quibusdam (ut aiunt) demonstrationibus in peripatetica disciplina in præsentiarum discutiendis, ne ulla super sit allucinationis occasio. nam quanto magis obiectioni-

bus resistitur, tanto magis ipsa ueritas elucidatur aucto re Philosopho primo cæli. Cy. optime sentis licere nemi ni aliquid profiteri, nisi discussis & cõfutatis aduersario rum positionibus. quas igit putas efficatiores eorꝝ de monstrationes? quæq; apparentiã tenent in scholis peri pateticis in mediũ adducito. Di. rationibus & auctorità tibus instare uidentur. primũ quidẽ qm̃ omne intelligẽs aliud perficit ab eo, patiturq; perfectiua passione. intelli gere nãq; intelligẽtis est perfectio, teste Philosopho ter tio de aia, nec non duodecimo primæ philosophiæ, quũ igit Deus aliud ad extra intelligat ex dictis, ab alio utiq; perficitur. quod sane absurdũ ab oibus existimat. Secũ do probat efficacissimo (ut ferunt) argumẽto. qm̃ nullus itellectus nobilissimus implicari potest uilioribus. mens diuina est huiusmodi nobilissima potentia. nihil igit ad extra, quũ sit uilius, intelliget. Ratio tertia ita deducitur, omne p essentiã intelligens est obiecto cognito perfectis sime copulatũ, oibusq; modis unũ cũ illo, teste Aueroe primo cæli. quũ igit impossibile sit intellectũ diuinum uniri perfectissime caducis, tẽporalibus, & cõtingẽtibus, propter summã naturæ diuinæ excellẽtiã, atq; omnimo dam separationẽ ab aliis. nequaq̃ putari potest Deum hæc inferiora cognoscere. his itaq; rationibus propalla re audẽt hi nullam esse Dei cognitionem respectu eorꝝ, quæ sunt ad extra. Cy. ferunt olim audito quopiã subter raneo tumultu urbem totã bello armisq; fuisse intentã. comperto demum pusillo mure tumultus causa, omnes ad risum fuisse concitatos. ita per Iouem hisce argumẽ

tantibus accidere solet. qui cælũ euertere festucis cõtendunt. quũ ualidissimas crediderint eẽ demonstrationes quæ fallaciaꝶ decipulis innitunť. qm̃ quæ primario cõueniunt obiecto, quibuscũq; etiã secundariis intelligibilibus accõmodari censuere: quo fit ut nullũ sit rationũ suarũ robur. nullũq; fundamẽtũ. maior nãq; primæ argumentationis eoꝶ de primario tantũ obiecto ueritatẽ cõtinet. quandoquidẽ omne intelligens obiectũ primariũ illius cognitione perficiť ac perfectiue patiť. ut dici solet. quã ob rẽ nulla põt esse in Deo externoꝶ notitia aliunde q̃ ab ipsa deitate cõparata. quã quidem, si aliunde uendicaret, nemo tũc ambigeret intellectũ diuinum de mẽte Aristotelis (ut diximus) esse perfectibilẽ accidẽtaliter, atq; ab aliena natura dependẽtẽ. neq; diuinitas adequaretur intellectui obiectiue. ut supra innotuit. quum igiť tãtũ Deus Deum primo intelligat, unicoq; intuitu quæq; inferiora secũdario cõprehẽdat, obiecto illo primario tãq̃ secũdarii eã cõcurrẽte fallunť equidẽ hi, qui inferre putãt purissimũ illũ intellectũ, si caduca intelligeret, ab exterioribus ac tẽporalibus eẽ perfectibilẽ. qm̃ nõ aliã q̃ suimet intelligẽtiã primo tenet. neq; ab aliquo recipit obiecto, notitiã causante. q̃q̃ aliud q̃ ad obiectũ suũ primariũ cognitio illa secũdario termineť. Di. primum igiť eoꝶ argumẽtũ fallaciæ robore munitũ pbare p̄sefferebat. qđ minime censuit Aristoteles. assumptũ nãq; fuerat de perfectione intellectus. ac si diuinus intellectus uniuersa cognosceret ueluti humanus. qui nullũ habens obiectum adequatũ secundũ uirtualẽ continen

tiam modo ab hoc modo ab illo multiplicē cōparat in-
telligētiā.Cy.hæc extitit illoꝝ fallacia.nā si humanus in-
tellectus eadē sese cognitione cognoscēdo singula specu
laret.nullū sane alioꝝ esset ītellectus humani obiectum
perfectiuū.a nulloq; illoꝝ depēderet. hocq; potissimū ē
Aristotelis fundamētū,cur ītellectus nō solū humanus,
sed etiā reliquæ supercælestes usiæ ab alio depēdent, ab
alio ꝓpriā nāciscūt essentiā,ab alioq; suā uendicant per-
fectionē.solusq; primi motoris intellectus uniuersa cō-
spiciēs unico atq; indepēdenti ītuitu est ab oī potētia,te
ste Aueroe,liberatus.Di.qd ad reliquas eoꝝ,quas putāt,
demōstrationes?Cy.eisdē de causis oīs eoꝝ funiculus fa
cillime rumpit.quādoquidē maior illa secūdæ rōnis in-
telligēda sit illo(ut diximus)modo.nullus & enim intel-
lectus nobilissimus uilioribus īplicari pōt,uilioraq; co-
gnoscere,ueluti obiecta cognitionē in illū īprimētia.quo
fit.ut mens illa diuina facile tēporalia cognoscat nullā
ab eis cognitionē sibi uendicans.hacq; de cā ratio eoꝝ
tertia infringit.quū dicunt.omne perfectissime intelli-
gens p essentiā est perfectissime unū cū obiecto. & intel
lectus & intelligibile sunt unū oībus modis,quis nanq;
nouus etiā philosophiæ miles hæc obiecto primario cō-
uenire dubitabit?quo certe modo ītellectus diuinus īm
mensæ illi essentiæ suæ adęquat,potissimeq; unitur.quā-
tūq; hoc intelligibile est,tm̄ intellectus intelligit.& ecō-
tra.Di.subtilissime ꝑfecto soluta sunt oīa eoꝝ argumen
ta,nullaq; illoꝝ apparētia(ut puto)quēpiā aliter opinari
cōcitare pōt.neq; uerus peripateticus putabit oppositis

adhærens,uerumtamen quispiam colorare cõtendet oppositam sententiam nonnullis Commentatoris auctoritatibus. inquit nanq; tertio de anima Commentator. si primum intelligit uilia, mox ei continget, ut sua nobilitas sit intelligendo uilia. Atq; in de beatitudine inquit. non est alia natura, quæ materialia cõprehendat, nisi homo. Deinde inquit in tertio de anima. in quolibet intelligente aliud est aliquid simile materiæ. Præterea quod intelligit aliquid extra se, quandoq; intelligit, & quandoq; non. quæ quidem omnia primo rerum factori penitus dissentiunt. Præterea quod intelligit aliud, transmutatur substantia sua in aliud. & ideo non erit æterna Dei substantia. Deinde inquit. si primum intelligit aliud, sua substantia non est actio eius; sed necessario perficitur per illam actionem, sicut intellectus perficitur in nobis. Præterea scribit Aueroes undecimo primæ philosophiæ. q; impossibile est Deum intelligere aliquid uilius aut nobilius eo. & in tertio de anima inquit, q; primus motor est simplicior intelligentiarum. iccirco est unus absq; multiplicitate. quia est sine alietate intellectus & intellecti, & sine multitudine ĩtellectorum. quid clarius? Præterea inquit. q; illud, quod est intelligens. qa intelligit se, non quia intelligat aliud, est uiuum, quod habet uitam in fine nobilitatis. ideo uita & scientia proprie dicuntur de eo. Adducunt ultimo ratione ex Aueroís intentione tertio de anima contra Themistium ipsum reprehendentis, qui dixit omnia Deum intelligere & subito, quoniam sese omnium esse principium cogno

M

scit. aitq; Commentator. hoc nostro contradicit sermoni, quum dicimus q; Deus intelligit se & nihil extrinsecum; quoniam intellectus & intellectum sunt idem omnibus modis. ex quibus apertissime inferendum putant ipsum Deum nullam habere notitiam rerum inferiorum, nullamq; intelligentiarum, nullamq; uniuersi cognitionem de mente Auerois. Cy. gratulor sane te probabiliores Auerois auctoritates pro illorum opinione in medium adduxisse. ut quantum firmari ualeant in suo proposito, facile cognoscatur. prima equidem auctoritas ex prædictis elucidata est. quandoquidem impossibile sit intellectum diuinum quampiam suscipere notitiam ab aliquo exteriori obiecto, quoniam per illam perficeretur, ut diximus, iccirco illa Commentatoris sententia nostrã corroborat intentionem. quum dicit, si primum uilia intelligit puta ex propria illorum uirtute notitiam gignentia in diuino intellectu. mox ei continget, ut sua perfectio sit intelligendo uilia, quoniã intellectio (ut diximus) est intelligentis perfectio, & ideo quum intellectus humanus hoc pacto se habeat ab ipsis materialibus & uilioribus cognitionẽ sibi uendicando, iccirco uera est Auerois sententia in de beatitudine, q; non est alia natura, quæ materialia hoc modo comprehendat, nisi homo. & quoniam talis intellectio accidens est intelligentis, iccirco operæ precium est assignare illi proprium susceptiuum & perfectibilem materiã. quum nullum accidens absq; subiecto ualeat permanere, quo fit, ut non immerito uera sit illa ulterior Commentatoris auctoritas in

tertio de anima,dũ retulit,in quolibet intelligente aliud est aliquid simile materiæ puta possibilis intellectus,qui nullam habet naturam; nisi quoniam passibilis est uocatus. & quoniam in tali cognitione aliunde causata & accidentali nonnulla contingit uicissitudo & potentia (ut diximus) iccirco uera est Auerois auctoritas ulterius adducta innuentis, omne quod intelligit aliud extra se,quandoq; intelligit & quandoq; non, illaq; de causa uerum est,quod dicit ulterius Commentator,ꝙ intelligens aliud, hoc modo transmutatur, aliquid recipiendo. neq; si primum intelligit aliud, eius substantia erit actio eius.immo eius operatio erit accidẽs intellectum diuinum perficiens, sicut intellectus noster perficit in nobis. quid ergo clarius esse potest ex Auerois intentione Deum nullam sibi notitiam aliunde posse comparare? quo fit quum Deus a nullo uiliori capescere notitiam ualeat,neq; aliquid eo nobilius habeat,a quo suam suscipiat intelligentiam. ideo recte scripsit Aueroes in ulteriori auctoritate inducta undecimo primæ philosophiæ. ꝙ impossibile est primum intelligere aliquid uilius recipiendo cognitionem ab eo, neq; nobilius.quum sit in fine nobilitatis. & quoniam in solo primo rerum omnium opifice uerissima est adęquatio intellectus & intellecti, puta diuinitatis, ratione cuius intelligitur omne,quod intelligitur. ipsaq; primo comprehenditur. immensa illa sibi coessentiali sapientia,hinc est, ꝙ optime censuit tertio de anima Commentator.primum motorem esse simpliciorem omnibus intelligentiis,unumq;

esse absq; ulla multiplicitate. quoniam est sine alietate intellectus & intellecti, & sine multitudine intellectorum. quia unicum est ibi adæquatum obiectum, quod sane in nullis intelligentiarum mentibus est inuentum. quandoquidem omnis intelligentia citra primam ab ipsa prima essentialiter dependeat ab illa cognitionē & uitam accipiens. & ideo non immerito retulit Aueroes nostram confirmans intentionem. q̄ illud quod est intelligens, quia intelligit se, nō quia intelligit aliud. est uiuū. quodquidē uitā habet in fine nobilitatis. & propter hāc causam uita & scientia ꝓprie dicunt̄ de Deo. quid igit̄ clarius pro inducta nr̄a ueriori cōclusione peripatetica potest adduci secundū Cōmentatoris principia? non nehi Goliæ more interitū sibi cōparant uarias inducentes Auerois auctoritates oppositā sn̄iam præseferētes? qm̄ deinde mens illa diuina intuens unico intuitu essentiam suā cuncta prospicit eadē simplicissima cōprehensione, non solum quampiā cognitionē excludēdo aliunde causatā, uerum etiam ex aliqua alia q̄ essentię ratione. ideirco & si Deus oīum eē causam sese cognoscat, oīaq; cognoscat, minime tamen censendū est Deū uniuersa cōprehendere. qm̄ sese causam eē cōcipiat. hocq; pacto reprehensione dignus est Themistius. neq; ueritati est cōsentaneū diuinam illā cognitionē esse hac de causa oīum & subito. quia sese causam esse omnium Deus agnoscat. uerum potius quoniam immensam illam diuinitatem intuetur omnium perfectionum pelagus atq; (ut diximus) idearum. quæ omnibus modis eadem est intel

lectui diuino secundum triplicem primitatem uidelicet originis.quoniam ipsa est,quæ primo comprehenditur. perfectionis, quoniam nihil ei conferri potest in natu- ræ nobilitate.demum adæquationis.quandoquidem uir tute ipsius intelligitur omne intellectum. quæ quidem nullis intelligentiis consentanea sunt.immo soli Deo pe culiaria.ut īquit Aueroes cōtra Themistium. dum retu lit hoc nostro contradicit sermoni, quum dicimus ꝙ Deus intelligit se & nihil extrinsecum. quoniam intel- lectus & intellectum sunt idem omnibus modis primi- tatis & adæquationis.quod minime sibi consentaneum putaretur, quum ex relatione sui ad alia specularetur uniuersa. immo & maius emergeret incommodum ita opinantibus.quoniam aut diuina cognitio esset intelle- ctui diuino accidentalis,quod sane penitus est(ut dixi- mus) abhorrendum. aut ipsa diuinitas ab externis effe ctibus essentialiter dependeret. quandoquidem relatio- nis agnitio præcipuam suscipiat ab ipso termino entita tem & originem. quo fit,ut illa Themistii opinio hoc in sensu facile reprobetur. ꝙ si Themistius Deum(ut puto)percenseret se esse rerum omnium causam ratio- ne suæ diuinitatis. atqꝫ uniuersa comprehenderet, non quia sic se causam esse cognoscat. nullam arbitror po- nendam esse cum Aueroe controuersiam. uerum enim uero nunquid Deus ipse sublimis prius uniuersa entia comprehendat,deinde se esse causam eorum? an potius sese causam esse prius cognoscat q̃ uniuersa, etiam re- mota cognoscendi reduplicatione? uel potius ex æquo

esse coexigentia quodammodo hæc sint apud intellectum diuinum? maximum hercle dubium arbitror ipsum aliis in præsentiarum pensiculandum permittens. satq; monstrasse sit nobis dubii magnitudinem alias forsan commodiori tẽpore disceptandam. in cuius ardua decisione nõ solum philosophi laborant, uerum etiam quanto clariores theologi primęuam rex originẽ perscrutãtes ab eẽ illo admirabili ideali, uel ex formali quiditatum ordine priori naturaliter quocunq; esse cognito cuiuscunq; siue creati siue increati (ut diximus) intellectus. Di. subtilissime hercle inductas Auerois auctoritates dilucidasti. miror q; plurimum hosce philosophantes opinari oppositũ, in opposito sese firmãtes. Cy. posse peccare etsi neq; libertas neq; pars libertatis habeatur, Augustino teste, attamen ex quopiam naturæ defectu mortalibus conceditur. quo fit ut facillime pleriq; prolabãtur in extortas opiniones. enitendum est igitur, ut q̃tum fieri potest, ueritas inuestigetur. diuina efferantur. aduersaq; cõculcentur. neq; ita faciundum existimo, ut leuissima etiã ex causa diuinis imponẽda sint, quæ orthodoxæ fidei penitus aduersari uident. fingendo eã fuisse Aristotelis & Auerois intentionẽ. quam minime hisce philosophi persenserunt. maioraq; philosophox cũ fidelibus litigia plurimi disseminãt, q̃ ex certioribus illox opinionibus eliciant. ꝓpriosq; cogitationũ suax errores tueri audẽt ꝓfitẽtes ita sensisse Aristotelẽ & Aueroẽ. Di. uera hercle narras. utinamq; talia cõfingẽtibus opinãdi frenũ adhiberet. fidei nãq; mysteria magis excolerent. naturalisq; peripa-

teticorum philosophia certior hérēt.uerum eni uero sophis matibus oīa referta sunt.neq; uera p ueris,neq; falsa p falsis haberi facile possunt.tantāq; in dies hac de cā fides incurrit calamitatē.ut in sacris usq; Deorum tēplis aduersa fidei teretismata pleriq; scioli disceptare minime uereāt.nō ne laudāda magis ē mahometanorum ꝯsuetudo, qui cū fidei suę,etsi falsę,aduersantibus gladio potius q̄ uerbo cōtendūt?nōne maiori cū expectatione fidei suæ deliramēta,q̄ maxima christicolę deitatis archana uenerant?Cy.plurima his eqdē annectēda explicādaq; putarē de multiplici huiuscemodi philosophātiū opiniōe uarioq; disciplinarum decursu.nisi septimū iā cæli cardinē Phœbus pagraret.uerum eni uero hæc in tm̄ pro tuenda ueritate sint dicta.satq; fecisse arbitror generose Didime tuis obtēperasse q̄sitis,etsi maiorē dicēdi q̄ nr̄am facultatē expostulare uideant.Di.gratulor sūmope grauissimā de singulariū cognitiōe ab itellectu diuino puinciā magna ex pte de mēte phorum fuisse hactenus dilucidatam, nullāq; supfuisse difficultatē ex certiori Aristotelis eiusq; fidissimi Cōmētatoris itētione,q̄ ex enucleatis phorum opinionibus haud facillime dilluat.uerum eni uero maximū illud pdestinatiōis ac diuinę puidētię negociū hodierna luce disceptādū eē crediderā cognitu præ oībus desideratū.in gratissima cuius dillucidatiōe,quū dies ista minime suppetat,te plurimū rogatū ueli.quo incępto operi dię crastina finem imponas.hunc inlocū summo mane cōuenito,nullā sane rem mihi gratiorem q̄ difficillimæ huius prouinciæ disceptationem facturus.Vale.

IOANNIS BASADONA PATRITII VENETI ARTIVM DOCTORIS DYALOGORVM DE DIVINA MVNDI PROVIDENTIA DIES QVARTVS.



Rduũ profecto rationis opus aggrediar Cyrille peritiſſime, ſi abditiſſimam diuinæ prouidentiæ necnõ prædeſtinationis materiam diſceptare contenderim. quæ omnia mortalium ingenia, quanto magis omnigenis excelluerint diſciplinis, defatigauit. neq; ſane ipſa philoſophia philoſophis, neq; Theologia fidelibus fere ſuppetere uiſa eſt. quandoquidem philoſophorum pleriq; puris naturalibus inſiſtentes omnem rerum prouidentiam de medio ſuſtulerunt. ex fidelibus autem ille ſacri eloquii tubicen Paulus cecinit. o altitudo diuitiarum q̃ profunda & incomprehenſibilia ſunt iudicia tua. uerum enimuero ſuſcepto iamiam inueſtigandæ ueritatis officio quantum uires noſtræ perexiguæ irrepere poſſunt incępta proſequens tria præcipue hac in grauiſſima prouincia quæſita perſcrutabor. primum ſane diuina ſit nec ne ulla rerum prouidẽtia? Secundum quid & cuius ipſa ſit? nũquid uidelicet ſolius Dei uel alterius cauſæ? Tertiũ deniq; quorum eſſe debet? an ſcilicet rerum dumtaxat incorruptibilium, an etiam mundanarum, quæ generationi & corruptioni ſũnt obnoxiæ? neq; quidpiam (ut opinor) his, qui bonarum litterarum ſtudiis inſtituti ſunt, cognitu gratius ac ſcitu iucundius eſſe poteſt admira

bili huiusce rei cognitione. Cy. maxime per Iouem laborandum esse duxisti hac in difficillima diuinæ prouidentiæ palęstra, non solum in ipsa ueri inquisitione ordine singulari abs te proposito differenda, uerum etiam aduersus eos, qui uariis superstitionibus sese obdurantes cõtra manifestam ueritatẽ, non tam de suis religionibus, quas praue asserunt benemeriti, q̃ de se male, deuios sequuntur anfractus, iterq; rectum ac planum, immo & ipsam lucẽ deserunt. quo ueluti cæci ac debiles in præcipitium prolabantur. quibus equidem consulendum esse censeo. ne cõtra se pugnent. uelintq; se tandem ab inueteratis erroribus liberari, hoc utiq; facturi. quum, qua de causa nati sunt, aliquando peruiderint. quorum prauitatis occasio extitit ignoratio sui Cõditoris. quam si quispiam cognita ueritate discusserit. facile intelliget, quo referenda, quaue ratione sibi uita degenda sit. eaq; potissima de causa, ut unicum rerum omnium opificem toto animi conatu excolant, ac uenerentur, omnia cognoscentem, omniũq; curam habentem, singulaq; summa prouidentia moderantem. sine quo nulla esse potest mortalium religio, nullaq; sapiẽtia. immo (ut inquit Lactantius) quemadmodũ nulla religio sine sapientia suscipienda est. ita etiam nulla sine religione probanda est sapientia. Di. quum de diuina differitur prouidentia, qua mundus ipse admirabili ordine gubernatur. illo præcipue animus deducitur. ubi illam magis elucescere ac uigere perhibetur. quã si quispiam æquo animo uoluptauerit, haud sane ambiget cã toti uniuerso longe præsidere. omniaq; diuinæ subesse

prouidentiæ. Cy. quo? Di. nullum profecto medium effi catius esse arbitror inferendæ prouidentiæ q̃ sacrum fi dei mysterium. omnibus acerrimum (ut ueteri adagio di citur) in aduersis præsertim casibus calcar & stimulus. quandoquidem si nulla etiam esset mortalium philoso phia. nullaq; philosophorum disciplina, ratio ipsa natu ralis eos adhuc unicum supplicare omnium parentem, ad unicumq; confugere protectorem singula prouiden tem compelleret. Cy. uerum tenes. quorsum tamen? Di. optarem sane de mundi prouidentia disceptaturus Ro mæ interesse, ubi sanctissimus ille orthodoxę fidei Mo narca Leo inuictissimus tot sacratissimis ecclesiæ Roma næ Cardinalibus decoratus ipsam fere naufragã Petri nauiculam admirabili Dei protectione moderatur, por tuq; tutissimo eam nititur conseruare. facileq; innotesce ret, quanta esset illa Dei clementia, immensaq; fidei no stræ sollicitudo & religio diuinitus collata. ubi & si ple riq; uigeãt integerrimi sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardines. ipse tamen uirtutũ omnium specimen & exẽ plar splendidissimum Dominicus Grimanus id luce cla rius ostentaret. qui omni morum grauitate, sapientiæ magnitudine, uitæ sanctimonia, religionis splendore, ue luti fulgentissimum sidus emicans ætatem nostram mi rum in modum illustrat, innumerisq; uirtutum suarum præconiis celebratissimus illis priscę tempestatis patri bus est longe anteferendus. nõ ne diuinam hæc magno pere præseferunt prouidentiam? Cy. optime censes. ue rumtamen ab hoc uisendæ urbis intuitu in præsentia

rum esto alienus ob innumeras præsertim bellorum calamitates, quas uniuersa fere Italia perpessa est. Di. si congruus huic differendæ materiæ locus dedicandus ē. in sinum saltem adriaticum iter arripiendum esse arbitror. ubi Venetias urbium nobilissimā tanta Deus prouidentia manutenet, atq; tuetur. ut omnem diuitiarum affluentiam, omnem uirtutum & morum copiam, omnemq; demum religionis sanctimoniam clementissime concesserit. ibi nanq; Illustrissimus ille Pater patrię Leonardus Lauretanus omnigena uirtutum copia præditus clementia, fide, pietate, præcipuoq; Iustitiæ moderamine principatur, tantaq; prudentię magnitudine refertus; ut nullis unq̄ temporibus neq; prosperis illum successibus elatum; neq; aduersis depressum casibus quispiā cognouerit. Adest præterea sacratissimus ille Antonius Contarenus Venetiarum Patriarca splendididissimum orthodoxæ fidei spectrum, ac censor acerrimus, innumeris animi dotibus insignitus. qui ob singularem uitæ sanctimoniam, morumq; omnium integritatem, sinceramq; religionem, immensam illam Dei prouidentiā facile manifestat. o fœlicem igitur ac uere fœlicem dixerim Venetias, teste Platone, cui contigit a sapientibus gubernari. Cy. etsi minime ambigam maximam his in locis esse Dei prouidentiam, grandiaq; munera conferri mortalibus supra omnem (ut dixerim) aleam. uerumtamen grā des materias inquisituris cōgruere magis arbitror quāpiam loci solitudinem, quo in ueri perscrutatione potius ipsa ratio uigeat, q̄ sensus in oblectamenta prolabātur.

Di.recte per Iouem sentis.quoniam ipsa gentiũ frequẽtia,uariusq; populorum tumultus animum speculationibus implicandum sæpius ab ipsa ueritatis indagine diuertit. pergamus igitur in amœnissimum uiretum, ubi multiplices rerum difficilium scirpos hactenus enodauimus. ibiq; diuina Dei prouidentia concitati de ipsa rerum prouidentia primum disseramus,nunquid in uniuerso affirmanda sit? Cy. diuinam esse rerum omnium prouidẽtiam est adeo manifestum,ut nemo etiã sit tam rudis,tamq; feris moribus institutus, qui oculos suos in cælum tollens,tametsi nesciat cuius Dei prouidentia regatur hoc omne,quod cernitur,aliquam tamen esse intelliget ex ipsa rerum amplitudine,motu,dispositione,constantia,utilitate, pulchritudine, comparatione, neq; fieri posse quin id,quod mirabili cõstat ratione,cõsilio maiori aliquo factum sit.quis etiam adeo rationis expers ambiget,mundum hunc pulcherrimum forma,colore,magnitudine,miraq; stellarum ipsum ambiẽtium uarietate decoratum fortuito fieri? uerum potius arte quapiam admirabili sui architecti concinatrice fabrefactum. nonne maximam præsefert Dei prouidentiam obliquus ille circulus decliuis duodecim distinctus simulachris, a quo omnis animantium uita dependet? a quo omnis temporum uarietas originem ducit, uer, æstas, autumnus, & hyems? nonne solstitiorum & æquinoctiorum tempora determinata, certiq; luminarium coitus & obiectiones hanc indicant? nonne multiformes fixarum errantiumq; stellarum influxus,ac multiplices mixtorum puta mineraꝝ

ac metallorum arborum & animalium certis mūdi partibus generationes,corundēq; dispositiones & usus immensam Dei prouidentiam manifestant? nonne apertissima est omnium celebrium philosophorum sententia Mercurii.Socratis Platonis & Aristotelis,Iāblici,Theophrasti,Plotini,Procli, Auicennę, Auerois. innumerabiliumq; aliorum diuina mundū prouidētia gubernari? ueluti paulo īfra mōstrādū est,taceo sacratissimos Theologizantes,qui mirū in modum eam esse in rebus usq; minimis asseuerant. Di.miror hercle plurimum quatenus in rebus adeo manifestis pleraq; mortalium ingenia tātū delituerint,ut quæ sub oculis usq; delata sunt, abnegauerint.ferunt nanq; protagoram tempore Socratis diuinæ adeo prouidentiæ nescium extitisse,ut Deum esse,in dubium uocauerit, cuius erroneam secutus opinionem Diagoras milesius. Deorum naturā sustulit.in eamq; ferme sententiam Theodorus cyrenensis,& Euemerus tegeates,& Callimachus deducti nullos eē Deos putauerunt.imo & Callimachus iambis aduersus Deos hunc in modum stultissime cecinit.In suburbanum delubrum confecti ite,in quo iampridem æreum qui finxit Iouem.insolens senex improba scribat uolumina. & alibi scribit insipiens Callimachus.si Deum nosti: scito quoq; q factu nil non Deo possibile est. at qui Deus non omnia potest.quandoquidem si Deus est.faciat inquit niuē atram.ignēq; gelidū.idēq; simul sedeat.& non sedeat.q si hæc factu digna nō sūt. neq; igit ullos putare Deos esse cuiq; licebit. o maximā dementiā: o intole-

rabilem temeritatem,o abhorrendam cæcitatem. quoniã si res humanas nullus Deus curat.quãdocunq; spes impunitatis arriserit,rapiamus, necemus, & uoluptatibus, quoquo modo possumus,indulgeamus. nullumq; diem, nullumq; temporis momẽtum sine uoluptate fluere nobis patiamur.neq; hoc pacto ab ullo scelere abstinendum est.quoniam nullus Deus est.qui contra impios ira tangatur, neq; ulla gratia erga bonos, nulliq; hac de causa sunt inferi.nullæq; inferorum pœnæ sunt metuendæ. ipsamq; uoluptatem summum esse bonum putare operepreciũ est, nullamq; humanam esse societatem, neminẽq; esse, qui nisi sua de causa proximum diligat, aut consulat. quæ sane omnia quantũ rationi dissentiãt, nemo est,qui ambigat. quo fit,ut non imerito insulsissimum Protagoram suis finibus Athenienses expulerint, eiusq; detestabiles exusserint libellos,quibus hæc absurdissima continebantur.Cy.uere per Iouem cum his agẽdum esset. quemadmodũ scribit Auicenna & Aueroes quarto primæ philosophiæ,disputandum esse cũ manifesta principia negantibus,ac primas animi dignitates, quorum temeritas igne potius & tortura cohercẽda est q̃ sermone,quum nulla ratio, nullumq; medium notius illis assignari ualeat. quo fit,ut ueluti superioribus intulimus unicum esse Deum cuncta prospicientẽ,ita & singula prouidentem confiteri operepreciũ sit.imo hæc sibi inuicem esse consentanea.quoniam si Deus est.utiq; prouidens est,neq; aliter ei diuinitas attribuenda est.nisi & prȩterita teneat,& prȩsentia sciat,& futura prospiciat.

qui ergo prouidentiam sustulit, etiam Deum esse negauit. alterum enim sine altero neq; esse, neq; intelligi potest. mirorq; plurimū, qua nam ratione, qua ue dementia plerīq; fuerint excitati unicum esse rer opificem statuentes, nullam esse rer prouidentiā putauerunt? ueluti Epicurum Democritū ac Leucippum sensisse ferunt. mundumq; ipsum neq; ulla ratione, neq; arte, neq; fabrica instructum: sed naturam rerum quibusdā minutis seminibus & insecabilibus esse conglobatam. quibus quid repugnantius esse possit, non uideo. quandoquidem nihil hac in mundiali Machina dispositius ad ordinem, neq; aptius ad utilitatem, neq; ornatius ad pulchritudinē, neq; maius ad molem conditū est. in qua homo ipse factus est: ueluti præcipua mundi particula. cui data est sapientia & instructio, ut quantū humana fragilitas capit, sibi efficiat, quæ in usus suos necessaria sunt. in qua sane (ut ita dixerim) mundi republica si nulla prouidentia est, quæ regat. nullus Deus qui administret. neq; omnino sensus ullus in hac rer natura pollet. qua nanq; de causa mens humana tam solers, tam intelligens esse putabitur? si enim corpus hominis ex humo factum est. unde homo nomen accepit? animus igitur qui sapit, rector est corporis, cui membra obsequuntur tanq̄ regi & imperatori. qui nec aspici, neq; cōprehendi potest. quemadmodum igitur humanū corpus mens & animus gubernat, ita & mundum Deus. quoniam haud uerisimile est, ut minora & humilia regimen habeāt, & maiora nullo principe gubernentur. neq; immerito scripsit Cicero

in Tusculanis & in consolatione animorum nulla in terris origo inueniri potest, nihilq; in animis mixtum atq; concretum, aut quod ex terra natum atq; factum esse uideatur, nihilq; humidum, aut flabile, aut igneum; quod uim memoriæ & mentis cogitationis habeat. quo & præterita teneat: & futura prouideat, possitq; cōplecti præsentia. q̄ sola diuina sunt. nec etiam inueniuntur unquā, unde ad hominem uenire possint, nisi ab ipso Deo. falsaq; longe illorum est sententia: qui putant terroris ac metus gratia religionem esse a sapientibus institutam: ut obseruandæ religionis occasione diuinam rerum prouidentiam teneamus. quoniam tanta rei magnitudo, tanta dispositio in seruandis ordinibus temporibusq; constantia haud olim potuit sine prouido Artifice oriri: aut constare tot sæculis sine Incola perpotenti: aut in perpetuū gubernari sine perito rectore. quod ratio sane ipsa declarat. quicquid est enim, quod rationem habet. ratione sit ortum necesse est. ratio autē sentientis sapientisq; naturæ nihil aliud esse potest, q̄ Deus. mundus igitur cum rationem habeat: qua & regitur: & constat. utiq; ab ipso Deo factus est. cuius equidem si rector & cōditor ipse Deus existit. recte igitur prouidentia & religio instituta est. quandoquidem maximus rerum omnium auctori & parenti honor ueneratioq; debetur. inquit Firmianus. Di-tantus est hoc in primo, an sit diuina prouidentia, quæsito philosophorum omnium ac theologantium consensus: ut nemini dubium esse debeat. uerum enim uero de secūdo a nobis intento quid & cuius ipsa

sit rerum prouidentia differendum in præsentiarum ma gis arbitror. differantq; nec ne ab inuicem prępuidétia & prouidentia? nec non fatum, imarmenem, pepromenem æsa, nemesis, adrastia & fortuna? nunquid synonima uel ad unum quidpiam reducenda sint? de quibus apud ue teres tāta est in disceptando controuersia. Cy. uere per Herculem dicis. quādoquidem in manifestis usq; disci plinis ipsa nominum significatio primum tenenda est. in maximosq; pleriq; incidunt errores. qui nominum si gnificata negligentes, confusionem incurrunt, ueluti etiā nonnullis olim theologizantibus accidit, qui nullum di scrimen inter generationē, mutationem & factionem po nentes, uerbum in diuinis non solum genitum, sed fa ctum esse protulerunt, in atrocem hæresis notam inci dentes. neq; īmerito quarto primæ philosophiæ scripsit Aristoteles disputantibus congruere magnopere nomi num significationes, immo & præsupponere, ut de qui bus habituri sunt sermonem, facilius intelligant. quantū igitur ad primum longe distare arbitror præuidere ac prouidere. quandoquidem præuidere sit quidpiam præ cognóscere, qualitercūq; se habeat. prouidere autem est præcognoscendo opem ferre, siue in bonorum addita mento, siue malorum euasione. præuidebit equidē quis piam cæcum supra fractum pontem deambulantē ca surum esse. prouidebit autem, quum ei manus adiutri ces, ne corruat, porrexerit. quam ob rem liquere arbitror dissidium illud inter prouidentiam & præuidétiam siue prænotionem. Di. quid igitur est prouidentia? Cy. pro

uidentia est opportuna, rectaq; agentis procuratio circa illa quæ facta sunt, quo ad ueram eorum conseruationem. Di. cuius agentis procuratio hæc esse debet? Cy. naturę præsertim intellectualis. quoniam nulla in rebus inanimatis, nullaq; in Brutis uera prouidentia esse potest. quandoquidem agantur potiusq̃ agant. uerum enim uero cum homo uere ad Creatoris imaginem conditus sit, in eo utiq; prouidentiæ ratio saluari potest. ueluti uniuersa mundi imperia tantum perpetuari solent, quãtum suis in magistratibus prouidentia obseruatur. hancq; ob causam admirabili Dei (ut opinor) decreto factum est. ut quum nullum ex sui natura superioritatis uel eminẽtiæ ordinem genus humanum teneat. accidẽtariis saltim legum & officiorum gradibus inter mortales institutis omnes mundi respublicę, ciuitates & regna gubernent. Di. optime censes. uerumtamen abs te scire uelim. cuius nam potentiæ prouidentia est? Cy. liberrimę uoluntatis. in qua libertatis inuentio sola est. cæteræ nanq; potentiæ naturalitate funguntur, nisi quoquo modo libero uoluntatis imperio moueantur. Di. ex quo triplex in uniuerso inuenta est uoluntas in Deo scilicet, Angelo & homine, cuius uoluntatis est uera prouidentiæ ratio? Cy. soli profecto diuinæ uoluntati primo ascribenda est. quandoquidem ea sit omnium regina, omniumq; rerum ad extra primaria causa. omnia nãq; sola Dei uoluntate (ut Plato inquit in timeo & Augustinus) cõdita sunt. est igitur uera prouidentia de qua sermonẽ fecimus. ipsa Dei uoluntas propter quam omnia quæ sunt conuenientem

suscipiunt deductionem. quã ob rem quum libera Dei uoluntas prouidentia sit, necesse est secundum rectam rationem & optime & Deo decentissime fieri. ut quum sese bene habeant ea quæ fiunt. meliorem ordinem non suscipiunt. idq; necessarium arbitror eundem esse rez factorem & prouisorem, quãdoquidẽ minime cõgruat, alium quidem facere, alium uero quæ facta sunt, procu rare. quoniam imbecillitatis hoc utrq; causæ foret indicium, ueluti etiam his accidere solet animalibus. ut his quæ genuerunt, escam procurent. homo etiam aliis om nibus eatenus prouidet, quatenus possibile est. quæcũq; uero non prouident, propter imbecillitatem non prouident. absit igitur ut fateatur quispiam Deum gloriosum esse rerum omnium factorem, nequaq̃ uero earundem habere prouidentiam. ut superius lucidissime monstrauimus. D. elegantissime sane dilucidatam esse arbitror prouidentiæ diffinitionem, & cui principio primum dedicanda sit, immo solius Dei uniuersalem esse rez proui dentiam. quoniam ueluti esse non possunt una in domo multi domini. neq; in naui multi gubernatores. neq; in ar mento multi duces. neq; in regno multi reges. neq; in corpore plures animæ. quoniã in unitate omnis naturæ perfectio consistit. ita æquum est putare unum esse mũ di gubernatorem, singula prouidentem. cuius nutu & imperio regũtur omnia. ut poeta cecinit. Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus Mens agitat molem, & ma gno se corpore miscet. nunc modo hoc abs te scire ue lim aliorum terminorum diffinitiones, & discrimina in-

telligere.primumq; quid fatum sit elucidato.Cy.profunda est adeo,multiplexq; philosophorum de fato sententia.ut nunquid ipsum sit diuina illa prouidentia, uel ab ipsa diuina effluens prouidentia, uel diuinam includat prouidentiam,non facile cognoscatur. fatum nanq; inqt Apuleius esse diuinam legem, qua ineuitabiles Dei cogitationes atq; incępta complentur. ex quibus equidem uerbis distare minus uidetur ab ipsa prouidētia fatum. Plato autem in de legibus ab ipsa prouidētia fatū quoquo modo & parum putat abiungi, quandoquidem fatum esse ordinem mundi sensibilis & seriem causarum & effectuum diuinæ subiectum prouidentiæ, quam dicebat esse ordinem mundi intelligibilis & idearum. cui quidem sententię uisus est consentire Boetius innuens fatum esse dispositionem rebus immobilibus inhęrentem,per quam prouidentia suis quæq; nectit ordinibus, in eandemq; ferme sententiam Cicero in de diuinatione uisus est incidisse,dum ita retulit.fatū id appello, quod græci dicunt Himarmenem,idest ordinem,seriemq; causarum,quando causa causæ annexa est.remq; ipsam gignit. eaq; est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna,hacq; de causa Manilius elegantissime cecinit.Fata regunt orbem,certa stant omnia lege.Lōgaq; per certos signantur tempora cursus. Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.in eādemq; Menāder opinionē uenit ita innuens.imminet unicuiq; hoc,quod debet pati.neq; mihi fiant,quæ uolo,sed quæ conducant. qm̄ de futuro tuto īquit,nemo deliberat.& Sophocles ait in ele

ctra.est magnus in cælo Iuppiter, qui omnia inspicit & imperat quæcunque hoc in mūdo sublunari peraguntur. ex quibus uerbis apertissime liquere potest fatum hoc modo comprehendere omnes causas, ipsamque diuinam complecti prouidentiam. ueluti Zeno citiæus putauit ipsum fatum esse perfectam ac terminatam rerum gubernationem, ipsumque fatum causarum esse cathenam, quo fit, ut minime ex hisce fati diffinitionibus prouidētia excludatur. cui etiam sententiæ cōsensit in secundo libro naturalium quæstionū Seneca, innuens Iouem qui custos mundi est rector & animus. dici posse naturam, fatum, & prouidentiā. quorum profecto diffinitiones clarius elucescerent, quandoquidem Deo ipsi omnia esse curæ facile intelligerent, ad eamque duo pertinere putarēt. primum sane ordinis rationem, quæ quidem prouidētia nuncupatur. ipsamque dispositionem secundū propriā ipsius ordinis executionem, quæ gubernationis uocabulo significari solet. hocque temporaneum existere, illud uero æternum. hocque pacto nō immerito fatum in subcælestibus antiqui collocarunt sapientes ab ipso rerum omnium Cōditore descendens. quod sane ad ipsum Deum referentes adrastiæ nomine uocitarunt. quoniam prout id diuinæ subest prouidentiæ, immobile dici potest, non absoluta quippe necessitate, sed cōdictionata. prout uidelicet Deus præuidit, atque prouidēdo prouidit. quā ob rē nullū fere dissidium esse uidetur ex rei natura inter fatum & prouidentiam. sed quapiam potius considerandi ratione diuersa. ut subtilissime inquit Seuerinus de consolatio-

ne libro quarto. ꝓuidentiā est ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta. quæ cuncta disponit. differtq; ab ipso fato quoquo modo. quoniam prouidentia pariter cuncta, q̄uis diuersa, q̄uisq; infinita cōplectitur. fatum uero singula digerit in motum locis, formis, ac temporibus distributa. hacq; de causa. ut hæc temporalis ordinis explicatio in diuinæ mentis adunata prospectu prouidentia sit, eadē uero adunatio digesta atq; explicata temporibus, fatum uocetur. quæ licet modo aliquo diuersa sint, alterum tamen pendet ex altero. ordo nanq; fatalis ex prouidentiæ uigore procedit. sicut enim artifex faciendæ rei formam mente percipiens mouet operis effectum. & quod simpliciter præsentanecq; prospexerat, per temporales ordines ducit. ita & Deus immensa equidem prouidentia. quæq; singulariter. stabiliterq; facienda disponit, fato uero hæc ipsa quæ disponit, multipliciter ac temporaliter administrat. Di. efficaces adeo sapientum de fato & prouidentia sententias tetigisse uideris. ut minime putare liceat, neq; fatum sine prouidentia existere, neq; prouidentiam sine fato. primum sane cuicunq; parum etiam in philosophia exercitato manifestum esse debet. quoniam fatum si causarum secundarum ordinem demonstrat. quis ambiget fatum hoc modo absq; ꝓuidentia posse percenseri? quādoquidem nulla secundaria causa (ut inquit Proclus) absq; prima potest quidpiam efficere. igitur neq; fatum sine prouidentia collocari Si autem fatum (ut diximus) omnium causarum connexionē designet, nemo sane est

qui nesciat causam primariam eē præcipuum fati prin cipium essentialiter inclusum. ueluti est cor in aīali mē brum principalissimum, á quo totius animalis uita prin cipaliter dependet. idq; magis in admirationem trahit. quandoquidem. quum Deus ipse de mente præsertim Aristotelis & Auerois aliorumq; celebriū philosophorum, quapiam naturæ agat necessitate, quæcunq; agit. utiq; secundarias causas de necessitate mouebit ad suas actiones. neq; secundariæ causæ quidpiam efficient, nisi inquantum fuerint ab ipsa primaria concitatæ, ipsumq; fatum quid esse poterit q̄ diuinam prouidentiam præseferens & includens? quod sane Stoici animaduertētes nihil fieri casu uel fortuito censuere, uerum potius a determinatis causis & si plurimum nobis ignotis, summamq; hoc pacto rerum prouidētiam effluere ab ipsa primaria omnium causa persenserunt, quorum sane rationibus ipsi theologizantes innitentes aduersus philosophos spicula detorxerunt, efficacissime probantes, immensam Dei prouidentiam nulla causandi necessitate in uniuerso emergere, nihilq; Deū ad extra necessario efficere, ad infinita pene incōmoda philosophos deducentes. quandoquidem tam prouidentia q̄ fatum, & si ambo concurrant, uel sese includant, absq; ulla efficientiæ necessitate simpliciter in uniuerso statuatur. Secundū etiā palam esse potest uidelicet prouidentiam non esse sine fato, in his præsertim sublunarium actionibus: quæ molem corporis expostulant. ea sane de causa. quoniam secundū horum principia Deus ad extra nihil imediate

conficit.uerum potius omnia causis secundariis concur rentibus. nanq; si immediate quidpiam materialium rerum efficeret, nulla esset fatalis inuentio. quoniam nullus esset causarum multiplicium concursus ad effectus productionem, ruerentq; penitus omnes causæ secundariæ. si nihil efficerent, ut inqt Aueroes nono primæ philosophiæ. nolim tamen iuxta ueriorem Theologorum doctrinam primum rerum omnium opificem ita contingenter omnia prouidere, omniaq; efficere. ut quispiam putet omnia fieri casu. omniaq; fortuito absq; ulla determinata causarum cōfluentia, quandoquidem etsi etiam infinita sit primæ causæ potētia, qua effectibile quodcūq; immediate absq; ulla secūdaria causa posset efficere. eo tamen deducta est diuina clementia, ut non solum secūdaria, quo ad proprium esse produxerit agentia, uerum etiā agere illa permittendo, ut inquit Augustinus, Deus res quas condidit, ita administrat, ut proprios motus eas agere permittat. quasdamq; admirabili ratione ita effecit, ut suis in actionibus quapiam agendi naturalitate necessario concitarentur, ueluti sunt inanimata quæcunq; agunt. puta ignis ignem generans, quasdam autem suis in actibus eliciendis libertate fungerentur, puta rationalia. quorum libertas non solum ad opposita extenditur obiecta, uel ad oppositos actus, puta uolitionem atq; nolitionem, immo etiam ad oppositos effectus. ueluti subtilissime decimo primæ philosophiæ sensit Aristoteles maximum esse discrimen inter rationales atq; irrationales potētias. quoniā rationales ad opposita protenduntur.

irrationales autem determinatos habēt causandi periodos. Cy. subtilissime hercle caluisti prætactas philosophorum sententias paucis admodum perceptas. ex quibus omnes fere priscorum mentes eo demum deducebantur. ut uel omnia casu fieri putarent diuinam abnegantes, ueluti Democritus, prouidentiam. uel omnia fieri necessario, nihilq; casu, ueluti Stoici fatum profitentes. quorum neutrum neq; uerum neq; necessarium est arbitrari, de quibus in tertii quæsiti dilucidatione infra disceptabitur. Verum enim uero licet probabilia hæc habenda sint ab ipsis (ut diximus) sapientibus. nonnulli tamen fatum esse crediderunt. ut Heraclitus Epicurus & Crysippus naturalem rerum ordinem ac necessariam consecutionem. nequaq̄ tamen ita necessariam, ut ipsam etiam mentium humanarum libertatem coherceri censendum sit. hominumq; delicta ipsi fato non liberæ tribuantur uoluntati. immo & ipsum fatum, uel, ut dici potest, impetum quempiam ratione & consilio posse moderari. hocq; pacto dicebant fatum esse rationē. quæ in mundo ipso prouidentia gubernatur. idemq; Pythagoras persensit fatum adiacere mundo. & Plotinus Aeneade secunda fatum esse quampiam cælorum ac siderum dispositionem. quæ & si his in rebus corporalibus uigere soleat, nullā tamen simpliciter affert, coactionē uel necessitatem. hocq; modo cēsuit humanam mentem minime fato subiiciendam eē, ut poeta cecinit. Libera stat uobis mens nulli subdita cælo. uerum potius ab omni stellarum influxu immunem existere. immo & su

P

pra fatum,cui Beatus Thomas prima parte consensisse uisus est innuens fatum esse dispositionem stellarum, in qua quis est natus,uel conceptus.proprieq; est in rebus creatis,nulloq; modo fatum prouidentiā posse uere appellitari.immo & inquit.quicunq; fato crediderit,mortali delicto est plectendus.iuxta illud,non obseruetis tēpora neq; momenta.quoniam mutabilia quæq; sunt. & uerti alio possunt,teste Vergilio.Solabar fatis contraria fata repēdens.& alibi. Heu stirpem inuisam & fatis cōtraria nostris Fata phrygum. & in persona Turni scribit.sunt & mea contra Fata mihi ferro sceleratā excindere gentem.de quibus etiam fatis maxima est astrologorum prouincia in considerandis astrorum influxibus nō parum euitabilibus.ueluti scribit in centiloquio Ptholomeus.homo stellarum scientia præditus multa mala præcauere poterit,quæ sibi ex illarum influxibus acciderēt, Astraq; innuit inclinare solent,nequaq̄ tamē necessario quempiam coarctantia.quo fit,ut subtilissima eius opinio extiterit,dum retulit.uir sapiens dominabitur astris. & inquit Abraham auenazre ex intentione Salomonis, quoniam omnes homines non possunt uirtute stellarum esse perfecti,neq; diminuti,neq; possunt computari.ideo ille cuius natiuitas est,ut sit pauper sine substantia, nō ditabitur,nisi anima eius eleuauerit clamorem suum in altum supra stellas. & quilibet homo potest per suam sciētiam ammouere malos astrorū influxus,quibus naturaliter est subiectus.hancq; siderum scrutatores normam tenuerunt,qui certiora cælestium monumenta cal

luerunt. ut suis in prognosticis futura denunciarẽt con dictione hac uidelicet,& erit ita, si Deus uoluerit. cuius nutui omnes cælorum motus & stellarum influxus obe diunt. neq; immerito ferunt Ezechiæ uitam iuxta side rum cursum breuissime casuram fuisse quindecim an nis ultro protellandã ex benigno summi conditoris au spicio. Di. hæc profecto admiratione digna sunt,quan toq; magis in eis intellectus acies figitur tãto magis ob tunditur,ueluti solem intuentibus accidere solet. uerum enim uero quam istarum opinionũ secutum fuisse Ari stotelem putas? Cy. etsi arduum hercle dubium est hoc in peripatetica disciplina. magis attamẽ Philosophi opi nionem esse consentaneã prioribus censendum est. quã doquidem iuxta certiora philosophi principia Deus (ut diximus) agat de necessitate. essentialemq; causarum or dinem posuit Aristoteles, primamq; summopere in se cundas causas & in effectus influere. prouidẽtiamq; in uniuerso esse p se sit, ueluti paulo infra differet. qui etiã & si astra in hæc inferiora habere actionem metheoro rum primo & secundo cæli consenserit. in quibus fatũ quispiam collocaret, absq; tamen diuina prouidentia fie ri & causæ primæ concursu minime putaret. quam ob rem peripateticam opinionem esse primæ positioni ma gis consentaneam nemo ambiget. Di. ferunt pleriq; ui ri etiam priscæ tẽpestatis famosissimi Aristotelis opinio nem ab his omnibus longe fuisse alienam. quandoqui dem si Alexandro aphrodisiensi crediderimus, neq; si derum aut cælorum congeriem ad cuiuspiam rei gene

ratione concurrentium fatum appellitauit Philosophus, neq; immobiles diuinæ mentis leges, aut rerum prouidentiã credidit esse fatum. sed fatũ potius est ipsa propria rei natura, cui consensisse uisus est Demosthenes fatum & naturam idem eẽ opinatus. quãdo fatalem pro naturali morte posuit in oratione de corona. dicens eos qui se tantum genitoribus natos existimant fatalem & suæ spontis mortem manere. cui & Virgilius cõsensit de Didone, quæ sibi mortem ui non natura dedit, dũ retulit. Nã quia nec fato merita nec morte peribat. ideq; in Georgicis testatus est innuens. Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis Ingenium, aut rerum fato prudentia maior. quandoquidem illis inesse ingenium diuinitus noluit in præsensione futurorum, neq; maiorem inesse prudentiam ea, quæ congrueret eoꝝ naturæ, absurdum longe arbitratus animantes brutas hominibus præstare in reconditorum euentuum prænotione. quod gentes falso putabant, decernens ipse eas aues ex aeris qualitate dumtaxat moueri, & concentus edere. hancq; apertissimam fuisse Aristotelis intentionem potest innotescere quinto physicæ auscultationis, ubi eas, quæ secundum naturam fiunt generationes, appellitauit fatales, cuius opinionem Themistius elucidans inquit ea fato euenire, quæ naturalia sunt, & institutionem ordinemq; naturę sequuntur. idemq; sensisse uisus est in meteoris Philosophus ubi fatalia tempora uocitauit statos uoluendorum mensium circuitus. hancq; sibi plurimũ peculiarem sententiã secutus est Alexãder aphrodisien

sis. qui minime censuit fatum esse illum causarum omnium concursum a primo rerum principio serie quadã per ipsas intelligentias, corporaque cælestia & elementa omnia usque ad proximas cuiusque causas descendendo. neq; solam esse siderum dispositionem & influxum, cum quid aut nascitur, aut concipitur, aut quampiam originem sumit. a quibus indicari possint, quæcunq; futura sunt. sed naturam & fatum idem esse persensit. & quæcũq; ob hoc natura fiunt, & fato, ignis hoc pacto calefacit, equusq; equum, & homo hominem fato generat. hæc etiam natura similiter fiunt. qua propter quum resoluta corporis temperie quispiam naturali moritur, itidem fato moritur. at si gladio confossus, uel turri præcitatus extremum clauserit diem, non fato peremptus est, ueluti superius ex intentione Maronis de Didone diximus. Nam quia nec fato merita, nec morte peribat. quia non naturali sed uiolenta morte perempta est. cui etiam consensit Ouidius innuens. Est aliquid fatoq; suo, ferro ue cadentem, Insolita moriens ponere corpus humo. fato suo, hoc est propria sibi nece naturæ decreto. quam sane Astrologi in ipsos astrorum influxus uiolentam mortem conuerterent. quæ quidem, quũ ita sese habeant, inquit Alexander natura nequaquam necessario & ineuitabiliter, uerum potius ut plurimum suos efficit effectus. hinc est, q̃ impeditur pluries, pluraq; præter naturam & fatum fiunt. multaq; fieri hoc modo præter fatum censuit Alexander. ut puta quæcũq; ab ipso uoluntatis imperio & electione fiunt, aut fortu-

na uel casu.uim etiam & fatum dissidere putauit.quan-
doquidem quę naturali aduersante impulsu ui coacti fa
cimus,præter fatum agere dicimur. quapropter inter se
pugnant uis & fatum.& licet ita sit apud Alexandrum.
minime tamen credendum est eum ignorasse dari duo
præter naturā & fatum principia,Deum scilicet & ho-
minem . quorum actiones minime fatales esse putauit.
immo cum Deus ipse totam uniuersi Machinam miro
ordine disposuerit,ipsum esse fati cām putare consenta
neum est.cælestibusq; corporibus nō fatum,uerum po-
tius fati causas imposuit.prout illa inter naturaliū agen
tium causas enumerauit.quæ non secus in hæc munda
na corpora subiecta eis agere persensit, q̄ per motum
& lumen.qua propter humana corpora cum in uarias
ægritudines & interitus incidunt propter naturalem eo
rum dispositionem.illa merito fatis obnoxia percensebi
mus euitabilibus tamen,in oppositumq; facile(ut supra
diximus)uertibilibus.quandoquidem prauas corporum
dispositiones arte & consilio , factaq; in contrarium ha-
bitum consuetudine homo facile ualeat deuitare.hocq;
pacto sensit Alexander nullam fatis inesse necessitatem.
ipsumq; hominē nullis naturæ legibus deuinctum,nul-
liq; subiectum fato,sed liberum , in quam malit contra-
dictionis partem flecti.esse conuertendum.qui neq; ul-
la fati necessitate astringitur, neq; cælestium corporum
influxibus compellitur, ueluti quidā falso putarunt om-
nes humanas actiones a nonnullis astrorum motibus
dependere,ex quibus palam esse potest q̄ diuersa e xti-

tit Alexandri ſententia ab antiquorum opinionibus,qui fatum nihil eſſe aliud q̃ diuinam prouidentiã,uel ipſam includere, aut ab ipſa penitus dependere crediderunt. Cy. auſcultaui libentiſſime hanc Alexandri de fato poſitionem abs te ſuccinte atq; ingenioſe explicatam, qui & ſi tanta in ueneratione olim habitus fuerit, ut priſca tempeſtate nemo dictus ſit peripateticus,niſi qui Alexãdreus fuerit uocitatus,ut inquit Aueroes. in maximam tamen admirationem immo & indignationem ducit opinio hæc quẽcunq; uere philoſophantem,qui bonis imbutus diſciplinis eam non ſolum diuinis legibus aduerſari,immo & peripateticam philoſophiam euertere facillime conceperit.primum ſane quantum diuinis decretis aduerſa ſit.notiſſimum eſſe poteſt.quæ ſingularem rerum omnium prouidentiam, mirumq; cælorum concurſum & influẽtias edocent.nihilq; illis opinione hac falſa Alexandri deteſtabilius putari poteſt.quandoquidem nullã eſſe ueram Dei prouidẽtiam de his inferioribus ipſe cogitauerit. alienumq; eſſe a diuina natura,ut Dii curent humana.quoniã Deus inquit non eſſet Deus,optimaq; ſubſtantia,ſi hæc inferiora prouideret.haud ſecuſq; cõtingere.q̃ ſi quiſpiam dixerit liberos & dominos eẽ ſeruorum ſuorum gratia.ſuiſq; fungi officiis.ut ſerui incolumes,fortunatiq; lætam agere uitã poſſint.dixitq; Alexander.ſi Deus inferiorum curam habet,igitur eſt eorum gratia.ut ſcilicet eis prouideat,& cõſeruet.qua de re ſit illis deterior neceſſe ẽ. quoniam ſemper melioris gratia eſt deterius.dixitq; Alexãder nullam eſſe habendã apud

Aristotelicum dogma determinatam sententiam de mũdi prouidẽtia. quæ quidem opinio penitus Philosopho contrariatur in calce duodecimi referenti entia nolle male disponi, malamq; esse principatuum pluralitatem, sed unum esse oĩum principem opere precium est. ubi apertissima est Aristotelis opinio diuinam esse rerum prouidentiam, ueluti superius monstrauimus in primo quæsito. & in tertio clarius differet. falsumq; Alexandri fundamentum & ratio est inferentis Deum esse iperfectiorem creaturis. si quidem ullam de illis prouidentiam haberet, quoniam nequaq̃ putare licet Deum curare inferiora hæc, ut ab eis perfectionem quampiam sibi uendicet. uel propter illa Deus sit. uerum potius ut illa diuinę bonitatis immensitas & gratiarum largitas & affluentia in inferioribus liberaliter elucescat. bonum nanq; ideo bonum est, inquit Dionysius, quoniam sui ipsius est diffusiuum, neq; habenda est omnimoda similitudo prouidentiæ Dei & inferiorum agẽtium, puta hominum. qui si alicuius perfectionis consequendæ gratia prouident, ita & de Deo putandum sit, quandoquidem solus ipse mundi opifex nullam expectans bonarum actionũ eius retributionem multiphariam prouidet inferioribus gratiarum munera liberalissime impartiens. quod utiq; putauit Alexander esse prouidenti requisitum, longeq; hac de causa fuit allucinatus. neq; ab re dictũ est superius. nonnullos in quapiam philosophiæ portione recte speculari, in alia uero plurimũ delirare, quod & sæpius Alexandro contigisse non solum hac in materia uisum est,

uerum etiam plerisq; aliis,quum præsertim aĩam rationalem esse mortalem putauit ex quapiam elementorum compagine resultantem.quę sane opinio quãtum ab omni hominum cogitatione sit exterminanda.nemo est,qui nesciat.idq; potissimum fuit in causa.ut qui tanto ingenii morbo tabuerit,sese Brutorum commertio associãs,in tot nephandos errores ultro prociderit. maxima nanq; secludẽdæ ab uniuerso Dei ꝓuidentiæ occasio illis fuit abhorrendum.animarum interitum opinari.nonne leuissimum etiam extitit Alexandri argumentum:dum retulit nullam esse dei prouidentiam ,quoniam inferiorum gratia Deus non est.hoc sane pacto uniuersum de medio tolli,destrui , annihilari , necesse est. quoniam causæ omnes ad aliquid efficiendum ordinantur.immo inquit Aueroes.quum entia suis uacabunt actionibus. & propriis priuari essentiis operepreciũ est . igitur si causa quidpiã aget,quæcũq; fuerit,eã mox imperfectiorẽ esse effectu necesse est confiteri. qđ nemo sane mentis opinabitur.euanescant igitur intelligẽtiæ orbium motrices, corruant sidera,euertatur cęlum,pereatq; omnis animantium uirtus,quorum interest agere multiplices hac in regione sublunari effectus.quos,etsi causis esse deteriores manifesta ratio demonstrat.attamen si Alexandro credi derimus ,suis utiq; causis naturæ dignitate præstare dicemus.o abhorrendam Alexandri philosophiam. o deridendam uiri simplicitatem,o detestãdam hominis impietatẽ,qui Aristoteli & sibi ac ueritati infensus,& mortalem esse animam putauit,& diuinam per se prouiden

tiam exclusit. tanta etiam erroris caligine obnubilatus, ut illa rerum omnium prouidentia, nec ne statuenda sit in uniuerso iuxta Philosophi pricipia? uel negauerit ea (ut diximus) de causa, uel de mente Philosophi nihil dicendum esse crediderit. Di. maxima hercle Alexādri extitit allucinatio, ueluti facile ex uerbis tuis intellexi diuinam tollere prouidentiam, uerum enim uero quid ultro dicendum putas de illa fati positione? dum retulit naturam & fatum minime dissidere, imo & quæcunq; fato fiunt natura fiunt, & econtra. Cy. ferunt non modicā eē nautarum calamitatem. qui quum aduersis agitati procellis imminens pellagi naufragium sępissime deuitauerint, in perexiguis aquarum riuulis obruuntur, ita & Alexandro accidit, qui quum latissimum naturæ campum lustrare debuit, nonnullis uniuersi festucis ingenium implicuit. neq; ultro progredi in ueri inquisitione ausus est, uelim equidem ab Alexandro primum intelligere, qd per naturam habendum sit? ut clarissime innotescat. q̄ tenuis q̄q; perexigua fuerit eius opinio. aut ꝓfecto per naturam intellexit formam & materiam, ueluti secundo physici auditus inquit Aristoteles ea naturam appellari, uel quampiam esse uirtutem, aut accidens eis inhærens: aut cælestes esse potentias, uel, ut cuncta percurram, diuinum illum primæ causę uigorem? non potest equidem primum assignari, ut cuicunq; etiam parum in philosophia exercitato euidens est. quandoquidem nemo est. qui Aristotelem aut Aueroem, uel quempiam bonis litterarum studiis institutum dixerit materiam & formā

appellitari fatum.quoniam in omni corruptione,cũ materia & forma concurrant, omnis hoc modo corruptio dicetur esse fatalis. quod sane putauit Alexander(ut diximus)esse absurdum.neq; minus dari secũdum potest. q fatum sit uirtus materię uel formæ. eadem de causa. nullibiq; apud Aristotelem inuentum est hoc somnium, ut fatum sit materiæ uel formæ potẽtia aut uirtus. si uero quispiam tertium aut quartum dederit,innuens fatũ esse illam Dei prouidentiam & causarum uigorem, & seriem,a qua est omnium rerum constitutio dependẽs. ueluti omnes persenserunt sapientes ut secundo de generatione inquit Aristoteles omnium inferiorum generationes ab ipso decliui circulo fieri & continuari. uana & ridicula tunc habenda est Alexandri opinio de ipso fato. aduersus quam apertissima est Senecæ sententia, dum elegantissime ita retulit in libro de beneficiis, insita sunt nobis artium omnium semina,magisterq; ex occulto Deus producit ingenia.natura inquis hoc mihi præstat.non intelligis te,quũ dicis mutare nomen deo. quid enim est aliud natura,q̃ Deus? & diuina ratio toti mundo, partibusq; eius inserta? ergo nihil agis ingratissime mortalium. qui te negas Deo debere, sed naturæ. quia nihil natura sine deo est. neq; Deus sine natura.sed idem est uterq;, neq; distat officio. quid clarius? neq; mouere quempiam debet id, quod retulit Alexander nonnullas appellitari ab Aristotele fatales generationes ac tempora. quandoquidem non ideo dixit esse fatales generationes illam ob causam,quia sunt a natu-

ra,co(ut diximus)modo naturam summendo. sed ideo fatales dictæ sunt, quia iuxta essentialem causarum seriem fiunt. quam sane causarum seriem & concursum ab ipso omnium principio inchoando fatum sapientes appellitarunt uel diuinam prouidentiam, a pricipalissima omnium causa denominatione facta. quæ Deus est sublimis, ueluti subtilissime inquit secũdo physicorum Aristoteles. sol & homo generant hominem. mirorque plurimum, quatenus non solum Alexander allucinatus est. immo & pleriq; philosophi non infimum locum tenentes, qui fatum esse putauerunt euitabile, prouidentiam uero ineuitabilem. quoniam impium summopere uidetur ipsum fatum esse absq; diuina (ut prædiximus) prouidentia. quãdoquidem secus opinanti operepreciũ erit confiteri secundarias causas quidpiam efficere non prouidente prima, neq; concurrente. quod nullus recte sentiens opinabitur. ut inquit Augustinus non esse paleæ motum absq; diuina uoluntate. Di. uere per Iouem confutasti fragilem Alexandri de ipso fato sententiam, de quo neq; longior sermo habendus est, uerũ potius unde digressa est oratio reuertamur, idq; præsertim agẽdum est, ut habitis iam prouidentiæ & fati deffinitionibus, ad alios propositos terminos accedamus. Cy. quemadmodum caput & pedes atq; manus in corporis integritate cõtineri solẽt, ipsiusq; ptes existunt, neq; manus aliud corpus, neq; caput appellitamus. imo cũ dr̃ hõ, pedes & manus subinde intelligunt̃, ita his memoria suscep tis, fato scilicet, & prouidentia, facile cognoscitur quid

Himarmenē,Pepromenē,Adraſtia,Nemeſis,Aeſa,Mœra,& Parcæ ſignificant. quandoquidem omnia hæc nil ſecundum rem ab his diuerſum denotet.uerum potius nonnullas fati aut prouidentiæ proprietates. Himarmenem profecto dicitur,quoniam ſerie quapiam fata eueniunt.Pepromenem uero,quoniam ad finem proprium unumquemq; fata perducunt, nihilq; in natura eſt infinitum.Aeſa deinde,quoniam eſt ſemper exiſtens:& fatū ipſum ſit ſempiternum,pro ut fati cauſę ſemper fuerit. Mœra dicitur propterea,quoniam unumquēq; ſua fata comitantur.Adraſtia uocitatur,quoniam nihil fatum impedit,nihil fruſtratur,nihilq; infectum relinquitur. quā ſane Adraſtiam in illa ſublimi rerum ſerie Plato collocauit. quam & legem Adraſtiæ nuncupauit in Phedro, & neceſſitatem in intellectualibus.matremq; parcarum in libris de re publica.Nemeſis deinde dicit̄,quia ſingula diſtribuit,feruntq; eam eſſe uirtutē,qua triſtatur quiſpiam,quum prius bona præter meritum eueniunt.Parcæ uero nemini parcentes præteritū,præſens,futurūq; tempus demonſtrant.quādoquidem Atropos pręterito, Cloto pręſenti,Lacheſiſq; futuro dedicantur.palam igit̄ eſſe poteſt, qualiter hæc omnia nonnullas fati uel prouidentiæ deſignant circunſtātias.Di. ſubtiliſſime hercle quid unumquodq; illoꝝ ſit elucidaſti. Verum enim uero putas ne Fortunam eſſe quampiam fati uel prouidētiæ circumſtantiam,ueluti de aliis intuliſti?Cy.quicūq; fortunam eē nobis occultam cauſam uere quidpiā producentem,ueluti Anaxagoras & Stoici perſenſerunt.il-

lam utiq; ad alterutrum,uel utrunq; reducerent.ut uete ri adagio dici solitum est. Te facimus Fortuna deam cæloq; locamus. quorum opinioni consensisse uisus est Augustinus in quinto de ciuitate Dei nullas innuẽs eẽ fortuitas causas,sed latentes. Aristoteles autem physico rum secundo minime persensit fortunam esse ueram ac determinatam cuiuspiam effectus causam,quãuis occul tam.ueluti Stoici.uerum potius eam esse accidens natu ræ,idest causa est illorum,quæ secundum aliquod acci dens efficiuntur ab agente propter finem,eãq; demoni cam esse potestatem inquit Proclus in Timei commen tariis causas inter se diuulsas congregantem .quam ob rem minime ad fatum uel prouidentiam pertinet fortu na de mente philosophi.similiter & casus,quem etiam causam esse per accidens appellauit ibidem.fortuna er go per se nihil est,neq; sic habendum est tanquam sit in aliquo sensu. siquidem fortuna est accidentium re rum subitus atq; inopinatus euentus. hincq; patere po test illorum error,qui cum sese philosophos putant,ne aliquando errent. in re stulta uolunt esse sapientes,qui fortunę sexum mutantes illam non deam ,ut sentit uul gus,sed Deum esse dicunt ,eũdemq; interdum naturam interdumq; fortunam uocant: qua cum prospero flatu eius utimur, ad exitus peruenimus optatos, & cum re flauerit,affligimur.unde quum philosophi aberrauerũt, sapientes utiq; non fuerunt. quæsierunt illi quidem sa pientiam,quam quia nõ recte quærebant,prolapsi sunt longius,& in maximos inducti sunt errores. non enim

tantum ueritatem asserere noluerunt, ueru etiam de medio sustulerunt. qui quum aut ignorarent a quo mundus esset effectus, aut persuadere uellent nihil esse diuina mente perfectum, naturam esse dixerunt rerum omnium matrē, quasi dicerent omnia sponte nata. neq; dissimili errore credunt fortunam esse deam quādam res humanas uariis casibus illudentem. quoniam nesciunt unde mala & bona sibi eueniunt, cum hac se compositos ad præliandum putant, neq; ullam tamen rationem reddunt. a quo & quam ob causam: sed tantū cum fortuna se digladiari munimentis omnibus glorient. quorum sane oīum quam falsa sit opinio, nemo est, qui ignoret. Di. subtilissime per Iouem hactenus discussum fuisse arbitror quæsitum duplex. facileq; palam esse certam rerum in uniuerso collocari prouidentiam, & quid ipsa sit, in soloq; primo rerum principio uere comperiri, adiunctis aliorum terminorum diffinitionibus subtilissime dilucidatis. reliquum est, ut de tertio disseramus. quorum uidelicet aut ad quæ diuina illa extendatur prouidentia? Cy. etsi præcedentia quæsita disceptatione laboriosa extiterint. hoc tamen ne dicam laboriosum, immo & grauissimum ac difficillimum. quod sane priscis omnibus abnegandæ prouidentiæ præstitit occasionem, tātaq; apud eos ueri huius extitit latētia, ut quasi furibūdi exclamauerunt sese cæcos eē & excordes. inquit equidem Anaxagoras circumfusa esse tenebris hæc omnia. atq; Empedocles angustas esse uias ad cognoscendam prouidentiam conqueritur. & Democritus quasi in pu-

teo quopiā sic alto,ut fundus sit nullus huiusce rei ue-
ritatem iacere demersam putauit.quo fit ut casu potius
omnia fieri sublunaria pleriq; crediderint,absq; ulla pro
uidentia,absq; ullo regimine.quæ quum aliquo fine fa-
cta fuisse monstrauerimus, illa diuinæ subdita esse pro-
uidentiæ nemo dubitabit. neq; medium efficatius arbi-
tror esse inferendæ ꝓuidentiæ q̃ ex finali causalitate.ue
luti subtilissime scribit secūdo physici auditus Aueroes
hanc propositionem. ꝙ si diuinus non concesserit om-
ne agens agere propter finem. tunc probare non pote
rit,ꝙ Deus habeat solicitudinem eorum,quæ sunt hic.
quid clarius? quomodo nanq; hi sublunaria esse puta-
uerunt? aut equidem semper fuisse. aut sua sponte nata
sine aliquo fine. uel minutorum seminum conglobatio-
ne concreta? semper quidem fuisse dici illa nō possunt.
quoniam quicquid est in his absq; aliquo initio esse nō
potest.sua etiam sponte nihil nasci potest.quoniam effe
ctus a se ipso nullus est.semina deniq; principalia quo-
modo esse potuerunt absq; cōglobante? quomodoq; res
ex seminibus illis uicissim factę sunt absq; ullo artifice?
absq; ullo auctore? ut inquit Leucippus atomos illa se-
mina uocitans. quorum concursu temerario mundum
fieri falso persensit. inquit equidem semina illa esse per
inane uolitantia,quibus inter se temere conglobatis uni
uersa gignuntur,atq; concrescunt. quoniam (ut innuit
Firmianus) ubi aut unde atomi illi sunt? quis eos uidit?
quis ue audiuit? qs aliquo sensu percepit? an solus Leu
cippus oculos habuit? an solus mētem? a quo sane De-

mocritus eruditus hæreditatē ſtultitiæ reliquit Epicuro. quæ ſane omnia non ſolum abſurdiſſima ſunt, imo neq; excogitabilia ab his etiam (ut puto) qui tam diuini operis & cōſilii, neq; cauſas, neq; rationes, neq; exitus perſenſerunt. omneq; ueritatis arcanum neglexerunt. quandoquidem Deus & natura nihil ocioſum facit, nihilq; ullo fruſtratum fine. quod uſq; in artibus euenire ſolet. domus nanq; nō ſolum ut ſit, inſtructa eſt, uerum potius, ut tueatur, & ſuſcipiat habitantes. nauiſq; ideo fabricata eſt, ut nauigātibus neceſſaria traducat. itidem uaſa facta ſunt, ut uſui neceſſaria capiat. ſic & mundum Deus ad uſum quempiam fecit, & quæcunq; in eo continentur. quæ ſane oīa Stoici hoīum gratia facta eſſe recte perſenſerunt. quandoquidem homo ipſe fruitur bonis omnibus, quæ mundus in ſe complectitur. q̄uis hoīes ipſi cur facti ſunt. aut qd in illis habeat illa fabricatrix prouidentia non explicant. ueluti Plato immortales animas affirmat. ſed cur? aut quando? uel quomodo aſſequātur immortalitatem? aut tantum illud myſterium, cur hi qui ſunt immortales futuri, prius mortales naſcātur, deinde peracto uitæ ſpatio, abiectiſq; fragiliū corpoꝝ exuuiis ad æternam illam beatitudinem transferantur? non cōprehendit. deniq; nec iudicium Dei, neq; diſcrimen iuſti & iniuſti per amuſſim explicauit. quā ob rem quū omnibus in agētibus decreta ratio finis indita ſit, ut in proprium opus unumquodq; agens protēdat, quis tam cæcus eē debet? ut exiſtimet ſine cauſa facta eē illa, in quibus mira diſpoſitio prouidentiſſimæ rationis elucet? ſi

ergo sine fine aliquo, neq; est, neq; fit quicquã omnino. quis ambiget mundum, omnesq; partes eius (ut uidere licet) mirabili ratione gubernari? quãdoquidem ipsa cæli temperantia, & æqualis in ipsa uarietate cursus astrorum & luminum cælestium, temporũq; constans ac mira descriptio, uariaq; terrarum fœcunditas, plana camporum: muniméta, & aggeres montium, uiriditas, ubertasq; siluarum, saluberrima fontium eruptio, necessaria fluminum inundatio, copiosa maris & opulenta intersusio, diuersa uento℞ & utilis expiratio, cæteraq; omnia summa ratione constant. immo illa summi Dei prouidentia ex rerum dispositione, uirtus ex magnitudine, & potestas ex gubernatione manifestatur. hebetes ergo & insani lõge sunt, qui sublunarium re℞ prouidentiam non esse dixerunt. neq; potest quispiam nisi occultis re℞ euentibus attonitus illã abnegare. ueluti Epicuro accidit. qui quũ bonis aduersa semper accidere, paupertatẽ, labores, exilia uidebat, innocẽtiam minus tutam, scelera impune cõmitti, mortẽq; sine ordie ac discrimine annorum sæuire, sed alios ad senectam peruenire, alios infantes rapi, alios iam robustos interire, alios in primæuo iuuentæ uel adolescentiæ flore interire, & in bellis potius meliores & uinci & perire, religiosis hominibus incommoda contingere, ipsaq; Deorum templa fulminibus cõflagrari, nullam esse re℞ prouidentiam, nullamq; mortalium curam esse apud superos persensit. immo & pertinaci stultitia captus non modo uim, maiestatemq; ueri Dei non intellexit, uerum etiam sui erroris impietatẽ auxit. atq; tueri

conatus eſt.quãdoquidem,cum interrogaretur.quomo-
do tam ordinate mundus effectus eſt?nulla inquit inſa
nus Epicurus diſpoſitio ẽ.immo & plurima facta ſunt,
quæ aliter fieri debuerunt.Item ſi nulla eſt prouidentia
interrogatus quomodo animalium membra tam proui-
denter ordinata ſunt?ut ſingula mirabili ratione diſpo-
ſita officia ſibi peculiaria conſeruent & exequantur.ni-
hil inquit in procreandis animalibus prouidentiæ ratio
molita eſt.quoniam neq; oculi facti ſunt ad uidendum,
neq; aures ad audiendum, neq; lingua ad loquendũ, &
cætera id genus.quandoquidem prius hæc nata ſunt q̃
eſſet uidere,audire,loqui,reliqua. neq; nata ſunt inquit
hæc ad uſum. ſed uſus potius ex illis natus eſt.interro-
gatus deinde qua nam ratione hymbres cadunt?fruges
oriuntur?arbores frondeſcũt?dixit cauilator Epicurus.
non ſemper animantium cauſa iſta fiunt,quoniam pro-
uidentia nihil indigent.ſed omnia ſua ſponte fieri neceſ
ſe eſt.unde igitur naſcũtur?aut quomodo fiunt omnia?
non eſt opus inquit inſipiens prouidentia,quoniam ſunt
ſemina quæpiam per inane uolitantia,quibus inter ſe te
mere conglobatis uniuerſa gignuntur, atq; concreſcũt.
quæ quidem opinio quantũ ſit ab omni ueritate ab om
ni religione aliena,atq; ab omni remota philoſophia.eſt
adeo manifeſtum,ut delirare potius q̃ ſapere uideatur,
qui eam refellere cõtenderit.Di.nolim profecto grauiſ-
ſimum Epicuri errorem defendere. qui nullam ſubcæle
ſtium prouidẽtiam eſſe credidit in his uſq; naturæ opi-
ficio conſtitutis. quoniam manifeſta prouidentiæ ratio-

ne conficiuntur. uerũ enim plurima utiq; sunt, quæ maximas ingerunt hac in materia difficultates; neq; modicam utiq; afferunt ambiguitatem illa, de quibus Epicurus dubitasse uisus est. quo ad inopinatos mortaliũ successus illo (ut dixit modo) contingẽtes, de quibus hunc usq; in diem uulgus conqueritur. quandoquidem nulla uideatur manifesta causa. cur mala bonis, & bona malis eueniant sæpissime? Veluti elegantissime ita cecinit Claudianus. Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentẽ Curarẽt superi terras? an nullus inesset Rector, & incerto fluerẽt mortalia casu? Nam cum dispositi quęsissem fœdera mundi, Præscriptosq; maris fines, anniq; meatus, Et lucis noctisq; uices, tunc omnia rebar Cõsilio firmata Dei, q lege moueri Sidera, qui fruges diuerso tẽpore nasci, Qui uariam Phœben alieno iusserit igne Cõpleri, solemq; suo porrexerit undis Littora, tellurem medio librauerit axe. Sed quom res hominum tanta caligine uolui Aspicerem, lætosq; diu florere nocentes, Vexatiq; pios, rursus labefacta cadebat Religio, causæq; uiã non sponte sequebar Alterius; uacuo quæ semina currere motu Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras Fortuna nõ arte regi, quæ numina sensu Ambiguo, uel nulla putat uel nescia nostri. nonne maximam deinde ambiguitatem faciunt plurima naturæ opera progenita noxia, uirulenta, nec non pestifera, quæ hominum uitæ aduersantur tam animata q̃ inanimata? ueluti arsenicũ, elleborus, aconitum, natrices, uiperę, & reliqua id genus. quæ nam diuina in his prouidentia putanda est?

quandoquidem eorum natura in malum potius protenda-
tur. Cy. subtilissime per Herculem uerioris indagandæ
prouidentiæ gratia dubitasti. quoniã fortiores hæ sunt,
quæ adduci possunt instantiæ ac uulgi obiectiones. qui
bus ita respondendum arbitror, primum sane cur mala
bonis, & bona malis eueniant? minime consentiam ma-
la bonis accidere, neq; bona malis. & si ita esse uideant,
quoniam id uere bonum alicui putandum est, quod sibi
consentaneum esse uidetur. hocq; in causa esse solet, cur
pleriq; diuinam accusant prouidentiam & conquerunt
falso putantes eos esse fœlices, qui bona corporis & di-
uitias tenent. quandoquidem si bona corporis & fortu-
næ sustuleris, solasq; uirtutes dereliqueris longe beatior
erit eas tenens, uirtus enim per se ipsam ad fœlicitatem
sufficit. omnisq; bonus est beatus, & omnis malus ẽ mi
ser. q̄q̄ omnia fortunæ bona congregauerit. quod igno-
rantes multi solos hosce beatos existimant. quoniã tan-
to uirtutes diuitiis & sanitati, atq; aliis corporeis bonis
præferuntur, quãto anima corpori. quapropter minime
censendum est mala bonis accidere, quandoquidem ma
la non sunt. sciens & enim Deus q; huic nunc uiro mã
sueto & bono conferat pauperem esse, & q; ipsius men
tem diuitiæ peruerterẽt affluentes, prouidentissime illũ
in paupertate conseruat. præsciens etiã sæpenumero di
uitem asperiorem futurum, si pecuniis priuaretur, quo-
niam latrocinia uel homicidia perpetraret. diuitiis potiri
sinit. quapropter etiam homini sæpius ægrotare profuit,
filiosq; sepeliri, ac seruos fugere. quoniam horum salus

eorum perditione amarior fieret. malis quidem filiis, latronibus uero famulis in nos effectis. qua propter mala sæpissime putantur bonis accidere. quæ secundum diuinam prouidentiam sibi summopere consentiunt., adde præterea quantum sit Dei prouidentia admirabilis, quãdoquidẽ sæpenumero iustũ in calamitates incidere permittit: ut uirtutem, quæ in ipso latet, aliis ostendat, ueluti Iob accidisse ferunt. Aliquando etiam nonnulla permittit inconuenientia fieri. ut per actionem, quæ indecens, incongruaq; uidetur, magnum quid ac mirabile dirigat & emergat. ueluti per crucis patibulum lapsi generis humani reparatio emersit. Nõ ne etiam uirum iustũ mala pati permittit aliquando? ut non ex recta consciẽtia & attributa ei uirtute in elationẽ incidat. ut in Paulo. Non ne etiam derelinquitur aliquis ad tempus in alterius correctionem? ut id quod in ipso fuit, cõsiderantes alii erudiantur, ueluti in Lazaro & Diuite, naturaliter enim uidentes quosdam pati, contrahimur. Nõ ne deinde aliquis destituitur in alterius gloriã non ob propria uel parentum peccata? ueluti patuit in cæco a natiuitate in gloriam hominis. Rursus permittitur quispiam pati in alterius imitationem, ut gloria eius, qui passus est, aliis amplificata aliis impigra passio fuit per spem futuræ gloriæ, & coꝝ quæ expectantur bonorum desiderium, ueluti in martyribus, & his qui seipsos pro patria, uel parentibus tradiderũt, uel filiis aut fide, ꝙ si quispiã irrationabile arbitretur uirum sanctum in alterius directionem male pati. id animaduertat. ꝙ hæc uita agon ẽ,

& uirtutis stadium.quam ob rem quãto maiores fuerint labores,tanto maiores erunt coronæ.quoniam ad mensuram passionis & numerum est retributio.neq; immerito Paulus infinitis implicitus est tribulationibus,quo maiorem uictoriæ coronam reportaret. quandoquidem bene ac decenter fiunt omnia prouidentiæ opera.ueluti euidentissima ratione palam esse potest.quoniã bonus ẽ & solus sapiens, bonisq; ac perfectis beneficiis decẽter existit.iccirco quia sapiens est,sapienter & optime eorũ quæ sunt,prouidentiam gerit.nam siquidem non prouidet,non est bonus.si uero non bene,minime sapiẽs est. oportet igitur has cõsiderationes attendẽtem nihil operibus prouidentiæ detrahere. neq; ante diligentẽ scrutationem ea blasphemare. sed omnia bene accipere, omnia admirari,omnia bene ac decenter fieri,quæ si quam pluribus iniusta uidentur, non tamen blasphemiã obq; maximam nostram ignorantiam cõuitia super effundamus.sileat ergo ignarum uulgus occulta Dei mysteria conquerens & conniuens.quoniã nulla mala bonis accidunt,quæ mala sint.Ad id uero quod aiunt impii diuinam calumniantes prouidẽtiã multa naturæ opera progenita esse pestifera, atq; inter se dissidentia,eodem pacto respondendum esse arbitror.nihil ex sui natura perniciosum effici posse.quod si etiam concesserimus,nihil adhuc obstare diuinæ prouidentiæ,imo eam præseferre summopere uidentur. quandoquidem homo ex rebus diuersis ac repugantibus cõfectus est.aĩo scilicet & corpore,cælo atq; terra,tenui atq; cõprehensibili,æterno ac

temporali,intellectuali atq; Bruto,luce prædito & tene-
broso,ipsaq; ratio & necessitas exigebat bona & mala ho
mini esse proponēda,bona sane quibus utatur. mala ue
ro quę caueat.iccirco data est illi sapiētia,ut cognita bo
norum, malorumq; natura in appetendis bonis ac ma-
lis declinandis uim suę rationis exerceret.cætera nanq;
animalia,quibus sapiētia data non est,munita naturali-
bus indumētis & armata sunt.homini uero ꝑ his om-
nibus,quod erat præcipuum rationem dedit solam,quē
ideo natura nudum formauit & inermem,ut ipsum sa-
pientia muniret,& regeret. eiusq; munimenta non foris
sed intus,non in corpore sed animo cōstituit.quam ob
rem nisi mala essent,quæ caueret. quæ ue a bonis utili-
busq; distingueret,non esset ei sapientia necessaria . no-
scant igitur calumniātes ideo datam esse homini ratio-
nem,ut & pisces caperet usus sui gratia, & natrices,ui-
perasq; uitaret salutis suæ conseruandæ occasione . cui
bona malaq; proposita sunt,quoniam accepit sapientiā,
cuius uis omnis in discernendis bonis malisq; uersatur.
qua propter & si mala hæc(ut diximus)natura procrea
ta forent, minime adhuc culpanda esset diuina prouidē
tia.uerum enim uero illa ex sui natura nequaq̄ mala pu
tanda sunt.quoniam non est præter diuinam prouiden
tiam,qua consulitur toti machinæ,ut quæ etiam nōnul-
lis uidentur non speciosa,non utilia, sed aduersa,sæpis-
sime tamē iuuant,& quoquomodo ad uniuersi pulchri
tudinem faciunt,hinc corruptio,& defectus,quæ de se-
cundis causis emergūt,neq; enim huiusmodi causæ ex-

cluduntur ab ordine, immò quæ cuipiā nocent, quibusdam aliis & eidem sæpissime conferunt. omnibus attamen in uniuersum consulunt, quoniam & aliaꝝ uirium, quæ alioquin fortasse torpescerent, exercitium habetur: & si qua uidentur deficere, neqꝫ ordinē sequi, alia ex parte eundem sequi magnopere comprehendemus. quo fit ut maior bonis occasio præbeatur laudandi opificē, qui uoluerit in rebus ipsis omnes gradus bonitatis inueniri, cum alia perse alia ex accidenti, alia necessario, aliaqꝫ (ut inquiunt iuniores) contingenter eueniant. & sint naturales causæ, & sint uoluntariæ, sint fortuitæ, quæ suos quæqꝫ producant effectus, aliæ semper, aliæ frequenter, aliæ raro, hæc ab illis, illaqꝫ ab aliis prçcellantur. demumqꝫ alia aliis meliora sint. quæ quibus eminent, Deo similia magis euadunt. qua propter falso impieqꝫ diuinam accusant prouidentiam, qui primarium inter alios dignitatis, honoris, aut diuitiarum locum, & nomen non habent. quandoquidem omnes in sublime efferri nequeunt, omnes duces esse non possunt, aut reges, sicuti neqꝫ eundem locum omnia membra corporis obtinent, neque eodem munere in ipsa uniuersitate funguntur. quoniam potius diuinæ prouidentiæ leges euerterentur. nōne spectatur decor multitudinis ob inæqualitatem & distinctionem numerosissimam? nonne rerum natura commodius hoc pacto proprios habet motus? quo fit ut alia corrūpantur, alia generentur ob innatam rebus pugnam atqꝫ concordiam cōtrariarum atqꝫ similium qualitatum. quid deinde de his quç intellectu & uo

S

luntate aguntur dicendum est? nonne iustorum patien
tia tolleretur & cæleste præmiũ. quod illi iure meritoq;
respondet? nã quis rogo uindicanti iustitiæ locus esset,
si delicta non essent? quæ igitur mala cuiquã uidentur.
si quidem ad totius uniuersi ordinem referantur. secus
ac impii faciunt, iudicanda sunt. & multo magis, si ad ip
sum totius ordinis gubernatorem oculos eleuemus, qui
mali quicquam fieri non permittit, ni maiora inde bo
na sapientissimus eliceret. quamobrem sileant impii in
tuentes de libera uoluntate multa mala procedere: quo
niam ex eisdem malis Deus elicit meliora. neq; ii dam
nare debent naturæ humanæ imbecilitatem, quoniam
ratio quibuscunq; aliorum animantium commodis præ
stat non solum ipsa per se, sed q; omnium simul prære
gatiuas accersere potest. & intelligentiæ luminis benefi
cio, uarioq; manuum ministerio. neq; etiam mali noti
tiam culpare debent animaduertentes hominis cogni
tionem ex boni mali ue comprehensione perfectiorem
euadere, immo & amorem ardentiorem, maiusq; boni
ex metu mali desiderium exsurgere. perfectiusq; uni
uersum fieri ex ipsa effectuum uarietate & causarum,
quæ ut deficiunt, non omnia producunt necessario, sed
impediũtur quandoq;. ut effectus qui contingenter di
cuntur, eueniant. adeo ad uniuersi decorem constituti,
ut id quod dicimus ens in necessarium & contingens
facile diuidatur. quod sane proximæ causæ attribuitur:
quæ suos non semper uno modo producit effectus. ex
quibus omnibus facile colligimus oẽs effectus in uni

uerso cum causis a quibus prouenĩũt.uel proximis aut remotis corporeis seu spiritalibus esse Dei prouidentiæ subiectos.qui sicuti unumquodq; cognoscit,ita uniuscu iusq; ordinem constituit,neq; pariter omnia eandem na turam possidere uoluit,uel eodem modo effectus a suis prodire causis,sed semper,aut frequenter,aut raro,neq; omnia pari pacto administrari. quoniam(ut inquit Augustinus)omnia in ordine,numero,& mensura constituta sunt.Di.subtilissimo equidem sermone diuinã esse in uniuerso prouidentiam aperuisti,ueluti ratio ipsa na turalis summopere indicat.longeq; ab omni ueritate alienus est.qui tanta erroris caligine cæcutiens oppositum persenserit. ueluti nonnulli sese Platonicos aut Peripateticos esse gloriantes.qui quum experientia teste deuincuntur ad philosophos cõfugiunt . itaq; fuisse opinatos asseuerant errorem suum paliantes.Cy.tãta extitit apud Platonem & Aristotelẽ diuinæ prouidẽtiæ cura & aper ta sententia . ut qui oppositum eos tenuisse crediderit, neq; sane Platonicus, neq; peripateticus habendus est. quandoquidem Plato, ut primũ de ipso loquamur. maximam rerum prouidentiam immo regimen sub regimi ne collocauit . inquit enim Plato & Plotinus eius asecla tam uniuersalia q̃ singularia diuina disponi prouidentia.in tria tamen prouidentiæ rationem diuidit.primum sane Dei esse , ipsumq; dixit omnia ꝓuidere scilicet toti mundo uniuersali puta cælis & sideribus.generationi deinde indiuiduorum & plantarum & animalium,omniumq; illorum,quæ in generatione & corruptione sunt,

per Deos prouidere dixit secundos. qui cęlos rotant. quorum generationem soli & zodiaco circulo attribuit. Tertio demum deductionis finis agibilium & ordinis eorũ, quæ sunt secundum hanc uitam & naturalium materialiumq; bonorum, & quæ instrumentalia uocantur. atq; his oppositorum tertiam esse prouidentiã Plato astruit. sed & præsidere huic quosdam ordinatos demones circa terram humanarum operationum custodes. sic & secundam & tertiam esse prouidentiam sensit Plato, omnes attamen a prima dependere, quasi omnia potestate a primo Deo disponant. ex quibus facile coniicitur quãtum esse in uniuerso rerum prouidentiam operę preciũ sit iuxta Platonis opinionẽ. etsi falsam eẽ eius de prouisorum illo (ut sensit) modo pluralitate opinionem christiana religio profiteatur. cui sane magis consensit Aristoteles unicum esse uniuersi principem ac prouisorem omnium opinatus in calce duodecimi primæ philosophiæ. & commentator Aueroes ibidẽ dixit. ueritas equidem est i hoc, ꝙ Deus habet omnium sollicitudinẽ. quia non licet sapienti aliquid sine sollicitudine derelinquere, neq; ut faciat malum. omnesq; actiones eius iustæ sunt. & iquit, si aliqua sunt sine sollicitudine, utiq; proueniũt ex natura materiæ, non autẽ ex diminutione agentis, ita ꝙ aliter hoc excitat quosdam ad dicẽdũ duos esse Deos, quorum alter creat bona, alter uero mala. quid clarius? & ibidem etiam inquit Aueroes. uerum est deum habere curam circa omnia entia, dicentes enim ꝙ Deus sollicitus est circa unumquodq; indiuiduum, aliqualiter est

ii 2

uerum, & aliqualiter non, quia nullum indiuiduum habet dispositionem propriam, nisi illa dispositio inueniatur in aliquo modo illius speciei. & hoc igitur modo uerum est Deum sollicitari circa indiuidua. & secundo de anima scribit Commentator, quod maxima est diuina sollicitudo in rebus inferioribus, & inquit, sollicitudo equidem diuina, cum non potuerit facere aliquod indiuiduū permanere, miserta est in dando ei uirtutem, qua potest permanere in specie, & hoc non est dubium, quod melius est, ut habeat istam uirtutem in suo esse, q̄ non habeat. & secundo cæli inquit naturam per diuinam sollicitudinem posuisse in animalibus aliquas res, ut esse illius animalis sit melius & perfectius. & in de somno & uigilia quęrit Aueroes propter quid sunt somnia? respondet hanc fieri ob causam scilicet propter sollicitudinem circa hominem. homo enim quoniam indiget cognitione & comprehensione in uirtute cogitatiua, qua sciat res futuras utiles & nocentes, ut sit paratus cōtra illas. ideo fuit sustentata ista uirtus cum hac enunciatione nobili & comprehensione spirituali. & ideo dicitur, quod est una pars prophetiæ, quod manifestum est de somnio Pharaonis. de quo interrogauit Ioseph. hæc Aueroes. & decimo ethicorum inquit. si quidem cura sit deo de hominibus, ut creditur, & ut debitum est, & sit Deus gaudēs de eo, qui melior est, tunc gaudet de illo, qui nititur ei assimilari ualde. & hic est intellectus dignus. est ergo ut benefaciat eis, qui amant ipsum plus, & ut honorificet eos, & uisitet, sicut est dispositio amici cum amico, eo quod

actio illorum est operatio nobilissima. quid apertius? &
in quinto colliget implorat Auerroes consensum Dei dū
dixit, & Deus nobis consentiat peruenire ad perfectio-
nem ultimam, quę beatitudo appellatur sempiterna, quā
sane beatitudinem scribit Philosophus primo ethicorū
esse Deorum donum mortalibus colatum, ita inquiens,
si quicquam est Deorum munus hoībus datum, æquum
est fœlicitatem esse, ac tanto maxime humanarum rerū,
quanto id præstabilius est. ex quibus palam esse potest
Deum gloriosum non solum uniuersa cognoscere, im-
mo & maximam habere curam & sollicitudinem eorum,
non solum secundum christianæ religionis instituta, uel
antiquarum legum, immo & secundum clara atq; aper
ta Philosophorum dogmata Platonis & Aristotelis, &
eorum qui ueriores asseclæ extiterūt Plotini & Auerrois.
nullaq; adeo mala fieri, quin illa in meliorem partem re
ferenda sint. ueluti usq; de capitolio fulmine diruto Ro
mani censuerunt, q diuina illud corruisse ꝓuidentia cre-
didere, ut longe nobilius, longeq; præstantius fieri Iup-
piter indicarit. inquit nanq; Cicero diuinitus illam flam-
mam extitisse, non quæ terrestre illud domicilium Iouis
deleret. sed quæ sublimius, magnificentiusq; deposce-
ret, ita innuens. Et pater altitonans stellanti nixus olym
po Ipse suas arces, atq; inclyta regna petiuit Et capitoli
nis iniecit sædibus ignes Vt factis meliora parent capi-
tolia ciues. sileant ergo diuinæ prouidentiæ calumniato
res, obmutescant impii, qui admirabilem rerum dispositi-
tionem & latentes effectuum causas conniuentes nullā

esse rerum prouidentiam, nullamq; mortalium curam apud superos perstrepunt. noscantq; omnia siue bona siue mala (ut putant) meliori semper de causa ita diuino consulto fieri. ut ueteri adagio dici solitum est. omnia pro meliori habenda sunt. neq; mali hac de causa efferantur, qui iucundis ac prosperis euentibus exultant. neq; boni desperent, dum calamitatibus affliguntur. ut mirabilis est illa Gregorii sententia, dũ ita retulit. in suis uoluptatibus relaxatur iniquus. quia tantum ei temporalia bona suppetunt, quantum ei æterna denegantur. iniustusq; ad debitam mortem currens effrenatis uoluptatibus utitur, quia & uituli, qui mactandi sunt, liberis pabulis relinquuntur. At contra iustus a temporali & trãsitoria delectatione restringitur. quemadmodum uitulus ad laboris usum deputatus sub iugo retinetur. bonaq; terrena iustis & electis negantur. ueluti ægris, quibus spes uiuendi est, quæcunq; appetunt a medico non conceduntur. dantur etiam bona reprobis, quæ in hac uita appetunt. sicut & desperatis ægrotantibus omne, quod desiderant, non denegatur. Di. resolutissimam hercle omniũ dubiorum de diuina rerum prouidentia decisionem percepi tribus in propositis quæsitis, quæ ex illa immensa Dei cognitione defluxerunt. quoniam quicunq; Deum omnia nosce crediderit, eum utiq;, quum sit primus reꝝ omnium opifex, habere prouidentiam facile putabit. uerum enim uero id modo scire uelim pro ampliori eorũ quæ dicta sunt, euidentia. nunquid ipsa (ut diximus) prouidentia sit illa diuinæ uoluntatis præordinatio, quæ

a nõnullis prædestinatio nuncupatur. aut aliquid eius?
an potius ipsa prædestinatio sit portio quæpiam diuinę
prouidentiæ, de qua omnes non minus q̃ de rerum pro
uidentia litigium ferunt? Cy. etsi illa sæpissime conne-
xa sunt, puta rationalibus in creaturis, longe tamen di-
stare uidentur. quoniam circa uniuersas entium natu-
ras diuina uersatur prouidentia, ipsa uero prædestina-
tio solummodo circa rationales creaturas attenditur. re-
probi etiam prouidentiam non effugiunt, prædestina-
tionem uero minime sortiuntur. neq; ulterior de præde-
stinatione sermo iu præsentiarũ habendus est. quando-
quidem longiorũ tẽporũ spacia non suppeterent. & si co
gnitu iucundissima sit prædestinationis indago, nihilq;
mortalibus curiosum magis offerri possit. Di. uere per
Iouem dicis nihil hominum mentibus occurrere ipsa
prædestinatione difficilius. cuius diligens disceptatio di
ei crastinæ dedicanda est. dummodo eam, qua functus
es hactenus, differendi facultatem hoc in loco libentis-
sime præstiteris. Cy. etsi grauissimam hanc prædesti-
nationis materiam prouidentiæ annectendam esse faci-
le cognoscam, ut altera earum disceptata, altera mox di-
lucidanda sit. dabo attamen operam, ut in eius enodatio-
ne crastinam diem exponam, quo me tuis in uotis obse
quentissimum habeas. Vale.

IOANNIS BASADONA PATRITII VENETI ARTIVM DOCTORIS DYALOGORVM DE PRAEDESTINATIONE DIES QVINTVS.



Vum multa ſuperioribus hunc uſq; in diem benignis Deorum auſpiciis de rerum natura diſceptata ſint Cyrille doctiſſime, de quibus humana rõ propriis uiribus capeſcere notitiam & fidẽ poteſt haud mediocrem. id ſane longe omnium diſceptatione grauiſſimum prædeſtinationis negocium iure optimo in calce agitandum eſſe crediderim. quoniam ſi de ueriori mortalium fine, quam beatitudinem aut fœlicitatem ſapientes appellitãt, in diuinorum entium contemplatione conſtitutam die primo ſermonem fecimus. id ſane præſtãtiorem Dei ſubſtantiam inueſtigandi nobis occaſionem ſequenti luce conceſſit. ipſamq; naturam eſſe intellectualem proprio ingenii robore demonſtraſſe Philoſophos inſinuauimus. quem, quũ immenſam eius eſſentiam omnes aſſeuerarent, cuncta etiam noſce, tam æterna q̃ temporalia nemo ſapiens dubitauit. quo factum eſt, ut de uniuerſorum cognitiõe die tertia merito tractauerimus. intuentes deinde uniuerſam hanc mundi machinam miro tam artificio elaboratam, ut nihil ocioſum in ea teſte Philoſopho ſit inuẽtum, ímo maximo quæq; tueri ac regi moderamine. de ipſa merito Dei prouidentia heſterna luce ſermonem habuimus. reliquum modo ſupereſſe

arbitror, ut fœlicem hũc diem superis annuentibus gra uissimam prædestinationis prouinciã aggrediamur. quo admirabilis illa Dei prouidentia in illa æternæ prædesti nationis energia summopere elucescat. etsi arduum eius negocium naturale cuiuscunq; ingenii robur exuperet, id fecisse satis arbitrantes, qui si altissimum eius apicem pertĩgere nequiuerimus, ima saltem ipsius uestigia quo quo modo indagantes prosequamur. Cy. uere per Iouẽ nostra colloquia exigentibus ita materiis cõtinuasse ui sus es, quæ sane miro adeo ingenio ac diligenti cõside ratione ita seriatim disceptanda censuisti, ut primum se cundo, & secundum tertio disceptandi occasionem præ stiterit, & sic deinceps. Di. tria profecto differenda hoc in negocio subtilissimo arbitror. Primum sane quid sit ipsa prædestinatio? Secundum cuius est potentiæ præ destinãtis? Tertium deniq; cuius est rei prædestinatæ? Cy. ingeniose hercle censuisti quæsita hæc ita esse discẽ ptanda. primũq; res ipsa quid sit inuestigare opere pre cium esse. quandoquidẽ, si Philosopho & Ciceroni credi derimus, ab ipsa deffinitione cognitio quælibet inicium capiat. Di. quam igitur prædestinationis deffinitionem putas? Cy. prædestinatio inquit Augustinus in de libe ro arbitrio est diuinæ uoluntatis per gratiã electio. uel in aliis uerbis, ꝑdestinatio est quædã præordinatio Dei ab æterno de his, quæ per gratiã Dei fienda sunt in tẽ pore. & ĩquit prima parte beatus Thomas prædestina tio est ratio transmissionis creaturæ rationalis ad uitam æternam in mente Dei. nonnulli uero improprie dicunt

prædestinationē esse futuræ beatitudinis cognitionem. Subtilissimā autē Io.Scotus rationē assignauit innuens. prædestinatio est præordinatio electionis a diuina uolū tate alicuius naturæ intellectualis ad gratiam & gloriā. Ex quibus equidē prędestinationis deffinitionibus manifesta est inter uocationē,electionē,& prædestinationē differentia.quoniā etsi in intentione prædestinatio prior sit uocatione & electione,sicut appetitus finis est prior his,quæ sunt ad finem.attamen quo ad executionē uocatio præferanda est electioni & prædestinationi, iuxta illud.multi sunt uocati,pauci uero electi.neq; solūmodo uocatio electioni præponenda est, uerum etiam electio prædestinationē præcedit.quādoquidē ad finē quēpiam intentum nemo nisi per media perueniat. ueluti admirabilis extitit illa Pauli sententia ad Romanos.quos Deus prædestinauit,hos & uocauit.& quos uocauit,hos & iustificauit . quos autem iustificauit,illos & magnificauit. Di.q̄q̄ subtilissimas prædestinationis deffinitiones assignaueris. Augustinus attamen in libro de prædestinatione sanctorum secus eam deffinit,innuens. prædestinatio est propositum miserandi.& in de bono perseuerantiæ inquit Augustinus. prædestinatio est præ sciētia beneficiorum Dei.& in de fide ad Petrum scribit,prædestinatio est gratuitæ donationis præparatio . ex quibus palam esse potest,quantum sit uarius deffinitionum sensus.ac fere inextricabilis.Cy.ueteri adagio dici solitū est. intellige sensum,& concordabis scripturas. ueluti superioribus diximus.qua de re minus distare uidentur oēs

diffini: præ destinationis sm̄ Scotum

Augustini de prædestinatione deffinitiones. quoniã præ destinatio tria respicit attributa diuina, iccirco triphariã ab Augustino considerata est. primo equidem diuinam bonitatem libere gloriam impartientem & efficientem respicit. & sic prior harum deffinitio data est. secundo uero disponentem Dei scientiam respicit. & sic ei assignata ē secunda ratio. scilicet prædestinatio est præscientia beneficiorum Dei. Tertio denique respicit exequentem potentiam. & ita merito deffiniuit. quod est gratuitæ donationis præparatio, quæ sane omnia in prima deffinitione subintelliguntur. & si quapiam speciali ratione considerandi seiuncta sint. Di. quam prædestinationis deffinitionē ex his ueriorem putas? Cy. si æquo animo singula pensitauerimus. quam subtilissimus Scotus explicuit, enodatior deffinitio est. quandoquidē neque sine intellectu, neque uoluntate ulla possit intelligi prædestinatio. primum sane palam esse debet. quum dicitur in ratione prædestinationis. quod ipsa est præordinatio. quæ solius est intellectus, cuius est ordinare, Philosopho teste primo suæ sapientiæ. secundum etiam manifestum est. quod ab ipsa diuina uoluntate prędestinatio procedit. quum dicitur, quod est ordinatio electionis a diuina uoluntate, imo uerius prædestinatio est actus uoluntatis q̃ intellectus. licet intellectus actum supponat. sicut electio prȩexigit consilium, teste Aristotele quarto ethicorum. neque abre diximus prædestinationem ab electione diuina differre. quoniã electio proprie dicitur esse entium ad finem, sed prædestinatio est ipsius finis. neque immerito dicitur præparatio

ad gloriam.quoniam gloria est in quam tendimus, gratia uero est tendendi mediũ. Di. subtilissima hercle prædestinationis deffinitio extitit. quam tradidit Scotus ac cæteris his de causis explicatior. aliæ nanq; uidentur fere diminutæ, impropriæq;, & nonnullæ transcendentes. ex qua sane deffinitione resolutissima non solum quæsitum primum dilucidatum est. immo & facile secundũ. quo inuestigandum fuerat, cuius potẽtiæ foret ipsa prædestinatio? quoniam solius hoc pacto erit diuinæ potentiæ, non cuiuscunq;, sed appropriate solius uoluntatis liberalissime & libere gloriam conferentis. Primum unicuiq; manifestum est. quandoquidẽ nullius creaturæ sit officium prædestinare. Secũdum etiam nemini dubium est recte sentienti, q; scilicet solius uoluntatis est prædestinare. quoniam & si diuini intellectus officiũ sit ostendere uoluntati, quæ in incognitum ferri non potest, ut inquit Augustinus. inuisa diligere possumus, incognita nequaquam. ipsius attamen nulla est prædestinatio, neq; actio contingens ad extra. quum sit potentia mere naturalis. quo fieret. ut uel nullus esset prædestinatus, uel omnes æqualiter prædestinationi subiacerent. quoniam potentia necessario & naturaliter agens æqualiter operatur. & ideo non abre dictum est illas prædestinationis deffinitiones esse diminutas. quum dicebatur. prædestinatio est futuræ beatitudinis cognitio. aut q; ẽ ratio trãsmissionis creaturæ rationalis ad uitam æternam in mente Dei. Cy. optime sentis. quoniam nulla esset prædestinatio, nisi esset uoluntaria. ut inquit Augustinus in libro

retractationum. ꝙ ipse Deus elegit, quos uoluit gratuita misericordia. quid clarius? Di. quũ Deus uolẽs, quia uolens prædestinat, maxima hercle dubitatio succurrit ac fere inextricabilis scirpus. Cy. quis? Di. nonne uoluntas in icognitum feretur? si Deus quia uolens, quempiam prædestinat. nam aut deus priusq̃ uellet, cognouit prædestinatum, aut non, si primum tunc prædestinatio non fit ab ipsa diuina uoluntate, quum intellectus prior ea sit. si uero secundum dixeris, ꝙ scilicet Deus prius uoluit, deinde cognouit, tunc illatum est inconueniens manifestum. nam abs te mox quæram. quomodo prædestinare Deus quempiam ignotum uoluit? Cy. subtilissime per Iouem ueluti tui moris est ingenii obiecisti generose Didime, cui ita respondendum putarem. hoc primũ iacto solutionis fundamento. quod innuit Augustinus in de prædestinatione sanctorum ita scribens, non quia futuros nos tales præsciuit Deus, ideo elegit. sed ut essemus tales per ipsam electionẽ suæ gratiæ. qua gratificauit nos in dilecto suo. ex quibus equidem uerbis manifesta est uoluntatis operatio prior in prædestinatiõe. q̃d uero in dubitatione tactum est uoluntatẽ scilicet in incognitum ferri non posse. dicimus ueꝝ esse quo ad obiectum uolitũ. minime tamẽ ueritatẽ tenet quo ad ipsam uolendi seriẽ. quo fit, ut nõ immerito subtilissimi Theologizantes, immo & Philosophi duplicem cognitionem his assignant. quæ sub actum uoluntatis cadunt. alteram quippe, quo ad disiunctum conceptum, alterã uero quo ad alteram partem disiuncti. primã sane uoluntati opor

tunam censent, & priorem ipso uoluntatis deliberantis actu, alteram uero utiq; uoluntate posteriorẽ, ab ipsaq; dependentem, quod sane uidere licet in his etiã, quæ ab opere nostro plurimum dependent. quoniam ambulare quempiam in forum, uel nõ ambulare præcognitũ utiq; est, & certum absq; ullo uolũtatis imperio. ambulare uero in forum sine deliberatiõe cognoscet nemo, imo ipsa uoluntatis electione aut determinatione opere precium est. ut certa sit de illo notitia. quo fit, ut manifeste pateat tunc uoluntatem præexigere intellectum p̃cognoscentẽ sub disiunctione obiectum, minime tamen quo ad alteram partem disiuncti uoliti. immo prior est illo modo uoluntatis electio. aliter nihil esset humanæ uoluntati liberæ derelictum, ueluti nõnulli lucifugæ in maximos errores prolapsi sunt intellectum & uoluntatem confundentes. quam ob rem facile potest intelligi dubitationis enodatio. uoluntas nanq; diuina libera determinat alterã partem prædestinando quempiam, hoc pacto diuino intellectui ignotum. ut dixit Augustinus. quem tamen sub disiuncto conceptu, saluandum puta, uel non saluandũ præcognouerat diuinus intellectus. Di. mirabile hercle uidetur diuinum intellectum disiunctum solũmodo cognoscere ante ipsam uolũtatis deliberationẽ, alteram uero disiuncti partem minime cognoscere, nisi per uoluntatem sese determinantem. immo falsum hoc pluribus de causis quispiam putabit. primum sane inconueniens emerget. scilicet, q, intellectus diuinus ab ipsa uoluntate in cognoscendo dependebit. quandoquidem sine de-

terminante uoluntate nihil hoc pacto cognoscat intellectus ille diuinus. Secundum deinde inconueniens dabitur, si diuina uoluntas eligit alterã partem disiuncti. quoniam creaturæ bonitatẽ præsupponet ita uolendæ. quũ uoluntas in bonum maxime recta protendatur. Tertiũ sane omnibus maius incommodum sequetur. quoniam tolletur omnis rerum contingentia, omnis operationum laus, omne bonorum præmium, & omnis malorum punitio. quoniam quæcunq; fierent, a diuina uoluntate determinante fierent. quid igitur in potestate hominis est relictum? quæ si libero nostro arbitrio subdita fuerint, entiaq; contingentia (ut par est) esse censuerimus, tunc nulla erit diuinæ uoluntatis in his deliberatio. nullaq; diuinæ cognitionis certitudo, immo & Deum posse falli posita rerum contingentia quispiam concedet. quod si Deum falli est impossibile, igitur & contingens in uniuerso reperiri minime concedetur. illa nanque ad inuicem connexa sunt. ut certitudo necessitatem, & contingentia incertitudinem cognitionis expostulet, ueluti scribit Aristoteles in posterioribus Analyticis. Cy. facile profecto cogitaueram labyrintheos incurrere labores, ac scrobes tenebricosas, quũ difficillimum hoc prædestinationis negocium pertractatur. ob pergrandes obiectionum subtilitates. uerum enim uero aperto Marte pro uirili disceptabimus in palęstra descendentes. ueteri nanq; prouerbio dici solet. Audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit. Di. plurimum sane gratulabor subtilissimis huiuscemodi obiectionum solutionibus. quas nonnulli putãt Oedi

pum expostulare.quid igitur ad primã dicendũ censes?
Cy.dubium primarium non difficile soluitur.quum dicitur illo posito intellectum diuinum ab ipsa uoluntate dependere deliberante.quoniam(ut sæpius diximus)nõ potest aliunde mens diuina sumere notitiã q̃ ab immensa sua essentia.q̃q̃ diuina uoluntas præbeat in cõtingentibus quampiam seriem cognoscendi,quo ad modũ obiecti uoliti,& in hoc pleriq; decipiuntur.neq; ĩmerito superius diximus,quo ad obiectum uolitum priorem esse intellectus diuini cognitionem,quantum uero ad modũ obiecti concurrere diuinam uoluntatem, ut cognoscendi principium,quo ad illam cognoscendi rationem,uelutí exemplo monstrauimus in nostra usq; uoluntate. ambulare nanq; in forum quid sit,absq; uolũtate cognoscimus,nunc uero aut pro tali tempore ambulare, sine uoluntatis imperio nemo, nisi rationis expers opinabitur, uelutí experientia nobis ipsis indicat.quis nanq; se in ecclesiam iturum certo cognouerit,nisi deambulare prius deliberauerit? pari pacto & illa omnipotens Dei uoluntas disiuncto sibi ab intellectu diuino prius oblato obiecto,in alteram contradictionis partem libere sese conuertit ac determinat.in cuius deliberatiõe nõ cognoscit intellectus nouum uel aliud obiectum. quod sane fuit præcognitum, sed potius aliam obiecti condictionẽ concurrente uoluntate,& hæc est subtilissima Ioannis Scoti resolutio dubitationis primũ inductæ. Di.q̃q̃ ita esse minime dubitem,attamen maioris gratia indagandæ ueritatis difficultas ex dictis emergit. Cy.quæ? Di.ex quo

V

uoluntas deliberans in cognoscendo concurrit. igitur illa est determinata ratio intellectui cognoscēdi. Cy. quid ni? Di. nō est igitur ipsa diuinitas intellectus obiectum primarium secundum uirtualem continentiam. si aliud in rōne principii exigitur in cognitione. Cy. subtilissime profecto obiecisti, neq; acutius quispiam medium affer re potest, paucis tactum & paucioribus discussum. attamen cum summa sit uoluntatis cū essentia identitas, & æqualis infinitas, minime putandum est auferri primita tem uirtutis ab essentia posito concursu diuinæ uoluntatis in ratione principii cognoscendi non obiectum (ut diximus) uerum potius quāpiam obiecti conditionem. quod utiq; necesse est confiteri. aliter nulla esset rerum contingentia, nullaq; libertas. ueluti subtilissime contra Philosophos disputant ipsi Theologizātes opinati omnem rerum contingentiā a diuina proficisci uoluntate, tanq̄ potissima eius radice & origine, nil igitur admiratione di gnum uideri debet intellectum diuinum omnia cognoscentem aliquando uoluntatem suam præexigere, aliquā do uero in operando præcedere. quoniam obiecta neces saria absq; ulla diuinæ uoluntatis exigentia infallibiliter comprehendit. obiecta uero, quæ mutationi & contingē tiæ substernuntur, merito deliberantis uoluntatis intelligit. quæ etsi adhuc certitudinaliter attingat tanq̄ obiecta secundaria, illa tñ nequaq̄ mediante uolūtate, ueluti obiecto eius primario, sed essentia diuina simpliciter cogno scit. & hoc fuit plerisq; allucinationis occasio. nō intuen tibus discrimen illud, neq; ex parte obiectorum, neq; prin

cipiorum,neq; quo ad obiectum,neq; quo ad obiecti cõ dictionem.immo potissimum ex hisce medium elici po test aduersus eos,qui nullam inter uoluntatem & intelle ctum & essentiam ex rei natura distinctionem ponunt. dicant nanq; rogo,quum intellectus non sit contingen tium radix,sed ipsa uolũtas,cur ergo illa nullo modo ex rei natura seiunguntur? Di. optime hercle dilucidatum esse arbitror argumentum primum.quid ad secundum de obiecti bonitate præsupponenda ab ipsa uoluntate? ut tritum est adagium.uolũtas in bonum tendit.præsup ponit ne diuina uoluntas creaturæ bonitatem? Cy. me mini superius adductam fuisse illam præclaram Philo sophi auctoritatem duodecimo primæ philosophiæ,sci licet scientia Dei est causa rerum, nostra uero scientia causatur a rebus. Di.quorsum? Cy.quemadmodum in ter scientiam Dei & nostram in ueritate rerum discri men posuit Philosophus,ita inter humanam,diuinamq; uoluntatem posuere Theologi differentiam.aliqua nãq; inquit Augustinus uolita sunt.qa bona.aliqua uero sunt bona.quia uolita.quo fit,ut humana uoluntas obiectum recte uelit,quia sit bonum.& obiecti bonitatem præsup ponit.respectu uero diuinæ uoluntatis hoc nequaq̃ est, uerum potius ideo est obiectum bonum.quia est uoli tum.immo tantũ bonum est,quantũ est uolitũ.quo fit. ut pq̃uã uanæ sint nonnullorꝫ obiectiones philosophan tium præsertim Auerois mundi æternitatem inferre cre dentis aduersus christianam religionem,hac sane de cau sa.quia Deus meliora & optima semper facit.quum igi

tur æternum esse mundum,aut semper extitisse,melius putetur q̃ nouum.quia melius est esse q̃ non esse.merito inferunt mundum fuisse æternum.hacq; de causa allucinati sunt,suisq; iugulandi telis.nam ueluti scientia Dei secundum eos est rerum causa in ueritate,ita & diuina uoluntas est earum causa in bonitate.non igitur bonum fuit mundum æternum esse uel nouũ,nisi pro quãto placuit immensæ uoluntati bonitatem singulis libere & liberalissime largienti.quo fit,ut quum mundum esse nouum Deus libere instituerit,ideo bonum fuisse mundum esse nouum teneant recte de natura sentiẽtes.neq; ulla facta est in Deo mutatio.si ab æterno mundũ creare uoluerit,ipsumq; in tempore produxerit.quandoquidem magnopere differant nunc & pro nunc uelle,ueluti & humanis in actibus nostris euenire sępissime solet. ut nunc in ecclesiam tendere uelimus,cras attamen deambulantes,uel ad mensem.neq; curãda sunt uana Philosophorum quæsita.dum quæritãt,si Deus inq̃ ab æterno mundum creare uoluit,cur pro æterno tẽpore mũdum uel maiori,aut minori tempore nõ effecit? quoniã in uoluntariis quum ita fuerit,non est alia quęrẽda causa.inquit Auerôes undécimo primæ philosophiæ.& Augustinus nolli iudicare,si non uis errare.quoniam hæc ideo bona sunt,quia uolita,nulla igitur est secundæ obiectionis efficatia,nullaq; est in illa diuinæ uolũtatis electione bonitas,nisi diuinæ essentiæ p̃supposita,neq; immerito dici solet.diuina uolũtas essentiæ bonitatem præexigens,ueluti obiectum primariũ secundariis obiectis

largitur bonitatem, quanta sibi placet, & non nisi recte placet, quia est prima regula omnis rectitudinis, nequaq̄ aliunde regulabilis, neq; est recte operās, quia recto dictamini conformetur. Di. uere per Ioue͂ tetigisti uanos philosophorum cauilos, qui omnium putant esse causas quæritandas, aduersus quos recte scripsit Aristoteles insipientis esse omnium quærere causas & rationes, quoniam principiorum non est causa, neq; ratio. ita & nulla diuinæ uoluntati lex imponatur, uerum potius ea sit omnium, quæ in uniuerso continentur, legislatrix. meritoq; solutam puto fuisse obiectionem secundam. tertiu͂ uero argumentum est longe (ut puto) difficilius, de quo sunt omnes mortalium controuersiæ. qui certitudinem diuinæ cognitionis incompossibilem esse rerum contingentiæ perhibet. Cy. immortales equidem Deo optimo gratias agendas arbitror, qui quum ad imaginem & similitudinem suam nos condiderit, inuisibilia sua mysteria per ea, quæ facta sunt, intelligere concessit. quo fit, ut maximum illud discrime͂ tollatur, explicãdum est de rerum contingeñtia & certitudine diuinę cognitionis. quia hic leporem iacere arbitror. Di. uerum tenes. Cy. tria sane hac in dubii dilucidatione aperie͂da sunt. Primu͂ qualiter est rerum contingentia? Secundum qualiter est diuina illorum cognitio? Tertium deniq; qualiter est certitudinis infallibilitas? Di. optime per Iouem sentis, neq; puto quicq̄ cognitu iucundius occurrere posse illorum trium elucidatione, quandoquidem in illis dubitantium rete latere soleat, & uulgi cassis inextricabilis. Cy. qui per

amussim rerum contingentiā scrutaturus est, noscat primum necesse ē nonnullas entium partitiones. Di. quas? Cy. entium quoddam finitum est, & quoddam infinitum, ut ad intentum propius accedam, sumpta finitate uel infinitate gradus perfectionalis. prætermisso deinde infinito ente. qui Deus est. finitum ens iterum bifariam dici solet cōplexū scilicet & incomplexū. utrūq; deniq; bipharíam capitur, uel quo ad esse formale, uel quo ad esse existentiæ. si quo ad esse formale sumptum est, nulla est oportuna uoluntatis determinatio ad habendam certitudinem talium rerum. si uero secundo modo, quo scilicet ad existentiam, sic utiq; uoluntatis actus præexigitur. & hoc pacto est in rebus contingentia progrediens ab ipsa diuina uoluntate. Di. mira equidem tetigisse uisus es. quæ ut clarius elucescant, nōnulla in diuisionibus illis implicita explicanda sunt. Cy. quæ? Di. quid est esse formale? quid ue existentiæ? Cy. etsi maximum de his apud Philosophos atq; Theologos litigium sit. breuibus attamen. quum locus iste tam arduæ materiæ disceptationem effugiat. quid sit resolutius afferendū exponam. idq; formale esse rei dicendum est. quod deffinitione solet explicari topicorum primo teste Philosopho, puta homo aial rationale est. cætera uero quæ aliunde competunt q̄ ratione deffinitionis, esse formale subterfugiunt. puta est homo albus. uer℞ tamen ne dixerim ad eē formale solū pertinere ingredientia positiue, puta genus & differētiam, ĭmo & intrinsecos modos, quiditatū intelligo. qui licet positiue non ingrediantur, nequaq̄ tamen

egrediuntur.addo etiam quiditatum passiones ad eē formale consequenter pertinere.quātum igitur ad huiusce modi formale esse dicendum est uoluntatis actū esse minime præexigendum ad cognitionem habendam de illis ab intellectu diuino,immo ab illo esse ideali emanare uerius crediderim. cognito nanq; primario obiecto in primo naturæ signo,mox obiecta secūdaria effluunt ex immensa pelagi deitatis redundantia perfectionum in illa contentarum. quam unumquodq; entium imitari iuxta uarios idealium rationum gradus operepreccium est. in quo sane formali esse quanquam nonnulla sit rei possibilitas,nulla tamen est contingentia.quandoquidem res in illo esse formali nullam habent ad esse repugnantiam. id igitur esse formale ab eruditioribus est appellitatum. quod sane an illo esse cognito prius sit in eē quopiā simpliciter absoluto? uel sit illud esse cognitum? aut per illud esse cognitum causatum? longiori alias differendum est sermone. Di. hæc sane cognitu sunt altissima. de hisq; alicubi apud Aristotelem fuisse mentionē pauci uel nulli cognouerunt. notissimumq; hactenus recte sentienti esse potest, quid sit esse formale rei complexū uel incomplexum.id dumtaxat elucidandum supererat, quid sit esse existentiæ rerum finitarum? Cy. esse existētiæ id esse dicitur,quando res ipsa est in propria actualitate uel præsentia.quā nonnulli uocāt eē extra causam & intellectum.puta Socrates aut Plato in rerum natura præsens. quæ quidem actualitas essendi existentia solet appellitari.quo sane modo Antichristus generandus nō

est existens, aut anima creanda, uel rosa cognita, ueluti secundo periermenias Homerum in poesi uiuere dixit Philosophus. non autem simpliciter, & in esse existētiæ. palam est igitur quid per esse existentiæ audiendum sit. quod sane necne distinctum sit realiter ab eē essentiæ? aut compositionem faciat cum essentia? ut retulit Thomas. an sit idem cum illa? ut sensit Doctor subtilis, silentio prætereundum puto, quum locus iste huius disceptationem minus patiatur, neq; tempus. Di. audiui herclé subtilissimo sermone dilucidatum esse id, quod plerosq; latet sæpissime. nunc abs te nosce uelim. cur esse rerum formale uoluntatis deliberationem effugiat? esse uero existētiæ determinationem eius præexigat? nullamq; in eis contingentiam ponis, in his autem nullam necessitatem asseueras. Cy. ingeniose per Iouem singula differēda proponis. grauissimumq; iter Philosophos & Theologizantes inuenio dissidium. quandoquidem non in solo Deo, sed in reliquis etiam intelligentiis, & cælestibus corporibus asserant existētiæ necessitatem. in quibus cognoscendis nulla utiq; esset præsupponenda uoluntatis electio uel deliberatio. Theologi uero in solo Deo ponunt indefectibilem existentiam ac necessariam. cætera uero esse contingentiæ subiecta & uertibilia, uel per motum quempiam, ut materialia. uel annihilationem, ut spiritualia. quorum desitio annihilatio merito uocari potest. quo fit. ut uera sit illa Theologorum positio. q; in solo Deo existētia est sibi formalis, cæteris uero penitus aduētitia. hincq; iure optimo dici solitum est. Deū esse ens

per essentiam,reliqua uero per participationem & depē dentiam ab ipso primo ente,scilicet Deo. qui quum ad extra se minime agat,nisi(ut diximus)cōtingenter & per uoluntatem determinantem,hinc est,ꝙ omnia finita entia quo ad existentiam contingentiæ subiecta sunt. uelu ti subtilissime huic sententiæ consensisse uisus est Plato in Timeo Deum opinatus cælos alloqui dicētē. uos cæli natura corruptibiles estis, uoluntate uero mea perpetuitate gaudetis. Di.quibus dedicandum magis hoc esse putas existētiæ uniuersalibus an singularibus? Cy.apertissima est Aristotelis in ꝓlogo primæ philosophiæ sententia generationes & actus esse primo singularium. homo nanq; non generatur,nisi quia chalias generatur, inquit Philosophus.quo fit,ut singularium primo sit ipsa existentia.non autem uniuersalium,immo sortes est. est propositio primo uera,homo est . secundario ueritatem habet.econtra uero,homo est animal,aut risibilis.primo uera est.secundario autem sortes est animal,uel risibilis. Di.nemo hercle de his ambiget,quatenus diuina uolūtas in contingentia feratur,non equidem illa præsupponens,uerum potius illa in esse tali efficiens.ab eaq; uere habent,ut esse & nō esse possint.q̄q̄ Philosophi hoc minime nosce potuerunt.reliquum est, ut secūdum abs te intētum prosequaris. qualiter scilicet huiuscemodi entia diuinus intellectus comprehēdat? Cy.bipharìam Theologos opinatos inuenio,ut rem strictius aggrediar.uno sane modo per æternam deitatis coexistētiam omnibus his,quæ contingentia sunt. quam quum diuinus ille in-

tellectus cognoscat,necesse est, dicunt ut reliqua omnia intelligat contingẽtia.alius uero modus est per intuitionem determinationis diuinæ uoluntatis.quam quum ita determinare concipit,etiam res in esse contingenti positas facile cognoscit.Di.uter horum modorum uerior ẽ? Cy.secunda positio utiq; maiorẽ habet ueritatem.quoniam prior modus uidetur imperceptibilis,immo & impossilis.quoniã si diuinus intelligit intellectus entia contingentia,pro ut deitas eis coexistit,igiť tm̃ intelliget, & tunc intelliget,quantũ & quãdo coexistũt ipsi deitati, sed ab æterno cõtingentia non coextiterũt,q̃a nõ extiterũt.quũ sint de nouo.igiť ab æterno Deus illa non cognouit,sed ex tempore.quod nemo sane mentis affirmabit. non est igitur modus ille intelligibilis.uerior igitur est secundus modus. quem subtilissimus Scotus primo sententiarum assignauit diuinæ cognitionis contingentium,ueluti nostris in actibus experimur. & in regum uel magistratuũ actiõibus.quas tm̃ certo cognoscimus, q̃tũ regũ aut magistratuũ uoluntatẽ ita imperãtẽ cõprehendimus.Di.uera hercle narras.eaq; p̃sertim de causa qꝛ itellectus entia cognoscit,ueluti sunt.si igiť cõtingentia sunt ab ipsa uolũtate cõtingẽtia.qs igiť ab ipsa uolũtate ꝓgredi notitiã abnegabit?Cy.ita res sese hẽt.Philosopho teste secũdo primæ philosophiæ referẽte.quẽadmodũ res se habet ad entitatẽ,ita & ad intellectionẽ Di.discussis iã abs te duobus ꝓpositis quæsitis,reliquũ est,ut tertium explices omnibus quippe cognitu optatissimum.qualiter scilicet est diuinæ cognitionis certitudo

& infallibilitas contingentiæ rerum compossibilis? Cy. id sane pro uiribus aperiam altiora contemplantibus ea præmittens, q̄ ad huiuscemodi cognoscendam ambigui tatem conducunt. Di. quæ? Cy. primum sane, ꝙ multa sunt possibilia, quæ ad inuicem sunt incompossibilia. puta. quempiam currere & sedere. secundum est, ꝙ in contingentibus tantum diuinus intellectus intelligit, quantum uoluntas ita faciundum elicit. ut superius diximus. quo fit, ut taliter intellectus intelligat ea cõtingenter aut necessario euenire, qualiter uoluntas determinat. quum igitur ipsa contingenter illa euenire determinet, ita & intellectus infallibiliter illa contingenter euenire conspiciet. & huius rei ignoratio pluribus extitit errãdi occasio. qui Deum decipi cauillis perstrepunt ita opponentes. nam si res contingenter euenit. potest aliter esse. & intellectus necessario & uno modo cognouit. ergo decipitur. igiť cognitio Dei est fallibilis. qui si rẽ ipsam æquo animo pensitarent, forsan erubescerent, nedum argutiolis opponerent. falli nanq; est rem ita esse putare. quæ tamen non est. puta quum quispiam opinatur regem sedere. qui tamen deambulat. quem si quispiam sedere cognouerit, ipso sedente nõ decipietur, qui si etiam ipsum deambulantem deinde conceperit aliter q̄ prius se habẽtem, minime decipietur. quam ob rem animaduertant hi ita opponẽtes, quid falli aut decipi sit? & cui cõueniat? quandoquidem falli conueniat his, qui rem nequaq̄ cognoscunt secundum quemcunq; modum se habendi. ue luti exẽplo monstrauimus. si igitur diuina uoluntas eli-

cit,& imperat,ut res contingenter eueniant,intellectus etiam infallibiliter cognoſcit eas contingenter euenientes,& ſecundum omnem modum ſuæ exiſtentiæ certitudinaliter hoc pacto.licet nulla ſit contingentia ſuæ cõgnitionis,ut poſſit cognoſcere & non cognoſcere obiectum contingens,ueluti ſuperius diximus Deum contingentia neceſſario cognoſcere neceſſitate cognitionis, non autem obiecti.quo fit,ut nulla deceptio, nulla incertitudo in Deo poſſit contingere.quandoquidem obiecti mutatio non arguat cognitionis mutationem,in his præſertim, quæ uirtute propria nequaq̃ cognoſcuntur, ſed potius illius uirtute,in quo cætera eminenter ac uirtualiter continentur.Di.reſolutiſſimam per Herculem dediſti ſolutionem,qua nihil melius, nihil clarius excogitari poteſt,uerum tamen litigabunt adhuc nonnulli conceſſis his abs te propoſitis.quoniam,& ſi res uolitæ ſint,ut contingenter eueniant,illæ tamẽ euenire ita de facto nõ potuerunt,ſed in altera parte contradictionis,puta in eẽ. tunc illo poſito,dicunt Deum cognoſcere ſortem ſedere.qui,quum ſedeat,poteſt attamen non ſedere,quum ſedeat contingẽter.quod ſi ponatur in eſſe.tunc Deum decipi argumentantur.quoniam cognoſcebat ſedere Socratem.quo fit,ut nulla ſit cognitionis infallibilitas.& ita arguunt de Petro Chriſtum negante.qui poterat non negare,& per conſequens Chriſtum poſſe mentiri oppoſito contingenti in eſſe poſito . Cy.hæc ſunt uulgi retia, & caſſes pauca reſpicientum, qui ſicut ſophiſtice argumentantur,ita æquum eſt putare,ut merito decipiantur.

Di.qualis est eorum decipulus? Cy.nonne dictũ est superius deum necessario cognoscere contingentia? Di. utiq;.Cy.Deus igitur sortem sedere contingenter,necessario cognoscet.Di.uerum est quo ad cognitionis necessitatem.Cy.ita intelligo.quum deinde dicunt sortem sedere contingenter,uerum dicunt,& per consequens posse deambulare. quum autem ponere in esse pertentant, nonne se ipsos decipiunt ingenii ruditatem præseferentes? quoniam multa sunt absolute possibilia,quæ ad inuicem comparata(ut diximus)incompossibilia sunt.possibile nanq; est sortem currere, quo absolute posito,ut inquit primo priorum Aristoteles,nullum sequitur impossibile.sortem etiam sedere possibile est,quod si etiam absolute ponatur in esse, nullum emerget incommodum. si uero ambo hæc contingentia quispiam in esse ponere tentauerit,non ne insipientis notã incurret? quandoquidem duo opposita simul esse nõ possunt.erubescant igitur ita opponentes, qui non de rerum subtilitate & cognoscendi certitudine litigant,sed potius de ingenii debilitate & argumentationũ fallacia. omnes equidẽ eorũ cauilli eodem pacto procedunt,eodemq; dicendi modo facile dissoluuntur. negabat igitur Petrus Redemptorẽ suum contingenter,& poterat non negare,quẽ sane negando nõ negabat,qa in esse,nõ negare,poni nõ poterat, nec p cõsequens poterat falli Redẽptor, qui summa est ueritas.Di.maxima pfecto lætitia affectus sum nouisse subtilissimas difficillimasq; ambiguitatum enodationes.nihilq; ultro de his superesse ambigendũ. iam iam tẽpus

cē arbitror, ut clariſſime duobus à me quæſitis hactenus explicatis, ſcilicet qđ eſt prædeſtinatio? & cuius eſt potē tiæ prædeſtinātis? ut quæ ſint prędeſtinationi ſubiecta, breuibus exponas. Cy. etſi hunc uſq; in portum noſtrā phaſellū tenuē ſuperi deduxerint, facileq; admodū fidei noſtræ peculiaria imitati illa duo explicuimus. tertium attamē ſoli Deo mortalibus aperiēdū permittemus, qui ſicut rationalem creaturam de nihilo formauit, ita ipſam prædeſtinat ex benignitate ſuæ uoluntatis, nulla cauſa ex citante, nulloq; merito præexacto. uerum potius ex libe ro uoluntatis imperio gratiam & gloriam huic elargien tis, illi uero nihil impartientis. neq; ob hoc perſonarum Deus acceptator putandus eſt, quoniā nemo eſt, qui gra tiam & gloriā magis altero mereat̃ ex naturalibus. nulloq; præuiſo merito Deus gratiam & gloriam elargitur. ueluti admirabilis eſt illa Auguſtini ſententia in de prę deſtinatione de Tyriis & Sydoniis ita ſcribētis. qđ aliud de his dicere poſſumus, q̄ non eſſe eis datum deſuper, ut crederent? quos fuiſſe credituros ipſa ueritas edocet. ſi talia, qualia apud non credentes facta ſunt uirtutū ſigna, uidiſſent, quare autem hoc eis negatū fuerit? dicant ſi poſſunt, qui calumniantur, & oſtendant, cur apud eos dominus mirabilia, quibus erāt ꝓfutura, nō fecerit? nos & enim ſi ratione facti profunditatem iudicis eius pene trare non poſſumus, manifeſtiſſime tamen ſcimus, & ue rum eſſe, quod dixit, & iuſtum eſſe, quod fecit. & non ſo lum Tyrios & Sydonios, ſed etiā Coraza & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles ex infidelibus fieri. ſi hoc in

eis uoluisset dominus operari, neq; enim ulli falsum uideri potest, quod ueritas ait. nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datũ a patre meo. quid clarius? deinde Augustinus de Nabuchodonosor & Pharaone ita artificiose ibidem scripsit de hac admirabili & incomprehensibili prædestinatione hunc in modũ. Nabuchodonosor pœnitẽtiam meruit fructuosam. qui post innumeras impietates non ne flagellatus est, & pœnituit, & regnũ qđ perdiderat, rursus accepit? Pharao autem in ipsius flagellis durior est effectus, & periit? hic mihi rõnem reddat. qui diuinum consilium nimium alte sapienti corde diiudicat? cur medicamentum unius medici confectum alii ad interitum? alii ualuerit ad salutem? nisi quia Christi bonus odor aliis est odor uitæ in uitam. aliis autem est odor mortis in mortem. quantum ad naturam ambo homines erant. quantum etiam ad dignitatem ambo reges. quantum uero ad causam ambo captiuum Dei populum possidebant. quantum deniq; ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti. quid ergo fines eorum fecit esse diuersos? nisi ꝙ unus Dei manum sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit. alter uero libero cõtra Dei misericordissimam ueritatem pugnauit arbitrio. o singularem & notandam Augustini sententiam. cui Paulus ad Ephesios cõsensit. benedictus ĩquit Deus pater Domini nostri Iesu Christi. qui nos benedixit in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charita-

te.qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum uoluntatis suæ in laudem gloriæ & gratiæ suæ. & Augustinus, ubi supra idem confirmans inquit. non quia futuros nos tales esse præsciuit, ideo elegit.sed potius, ut essemus tales per ipsam electionẽ suæ gratię.qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Ex quibus patet prædestinationẽ eẽ respectu creaturæ intellectualis puta angelorum & hominum, totq; hominũ putant ipsi Theologizantes esse prædestinationem, quot electi sunt in angelorum compensatione.qui in agone ceciderunt cũ dracone. quorũ nullus est numerus nobis deffinitus,immo soli Deo manifestus.& si falsa Origenes in libro Periarcõ opinione cẽsuerit omnes mortalium animas etiã male agentes in fine saltem sæculi,immo & demones ad cælestia conduci debere. Di.hæc adeo humanum latent ingenium, ut stupescere mentem faciant,nec secus animi uires obtundi,q̃ nitidum solem fixis oculis intuentibus accidere solet,qui delatos deinde sub oculis colores minime perspiciunt.Cy.uerum per Iouem sentis,immo quanta sit huiusce rei magnitudo beatum Isidorum in de summo bono audias uelim ita lepidissime scribentem. Gemina inquit est prædestinatio siue electoꝝ ad requiem, siue reproborum ad mortem. utraq; agitur diuino iudicio. ut semper electos supna & interiora sequi faciat.semperq; reprobos,ut infima & exteriora delectent,deserẽdo permittat. sicut ignorat. hõ terminũ lucis & tenebraꝝ,uel utriusq; rei.quis finis sit.ita plenius nescit,quis ante suũ

finem luce iustitiæ præueniatur. uel quis peccatorum tenebris usq; in suum terminum obscuretur. aut quis post lapsum tenebrarum conuersus resurgat ad lucem. cuncta hæc Deo patent. hominibus uero latent, quãuis iustorum conuersatio in hac uita probabilis sit, incertum tamẽ hominibus esse ad quem finem prædestinati sunt. sed omnia reseruari summo examini, mira dispositio est supernæ distributionis. per quam hic iustus amplius iustificatur. impiusq; amplius sordidatur. malus aliquando ad bonum conuertitur. & bonus ad malum aliquando reflectitur. uult quis esse bonus, & non ualet. uult alter esse malus, & non permittitur interire. datur ei q̃ sit malus, qui uult esse bonus. alius uero nec uult, nec datur ei, ut sit bonus. iste deinde nascitur in errore, & moritur: ille autem in bono, quo cœpit usq; in finem perducit. tam diu in bono iste permanet, quousq; cadat. ille diu male uiuendo in fine saluatur, respectusq; a Deo conuertitur. uult præterea prodesse in bono iustus. nec præualet. uultq; nocere malus, & præualet. iste uult Deo uacare, sed sæculo impeditur. ille negociis implicari cupit, nec perficit. dominatur malus bono, bonusq; damnatur pro impio. impius honoratur pro iusto. & in hac tanta obscuritate non ualet homo diuinam scrutari dispositionem, neq; occultum prædestinationis perpendere ordinẽ. hæc Isidorus. Di. maxima hæc profecto atq; abditissima sunt Dei mysteria mortalibus, ut Paulus isinuauit. o altitudo diuitiarũ q̃ ꝓfunda & incomprehensibilia sunt iudicia tua? quæ quũ æquo animo considero silen-

tio prætereunda potius q̃ diligẽtiori examine idaganda sunt, ac diuinæ illi bonitati relinquenda. Cy. enitendũ est utiq; generose Didime, ut nostri q̃ ualeant humeri, diuina scrutemur, eaq; credẽtes intelligamus, ĩmortales Deo optimo maximo gratias agentes. quem etiam, si nos in illo prædestinatorum numero libere non elegisset, pro tantis saltem collatis hoc in sæculo beneficiis summopere excolere ac uenerari tenemur. nos igitur tanq̃ uerissimæ nr̃i Creatoris imagines ac similitudines fragilia cõtẽnamus, ut solida cõsequamur. terrena spernẽtes, ut cælestibus oneremur. temporalia fugiẽtes, ut facilius ad æterna ueniamus. erudiat se quisq; ad iustitiã, firmet ad cõtinentiã, præparet ad agonẽ, sese instruat ad uirtutẽ, ut si forsan aduersarius bellum indixerit, nulla ui, nullo terrore, nullisq; cruciatibus a recto & bono diuellatur. neq; sensibilibus figmentis indulgeat. sed uer & solum Deũ rectus cognoscat. abiiciat uoluptates, q̃bus aĩa sublimis ad terrã deprimit̃. teneat ĩnocẽtiã, ꝓsit q̃ plurimis, ac thesauros incorruptibiles bonis opibus nanciscat̃. ut possit Deo iudice ꝓ uirtutis suę meritis, uel coronã fidei, uel ĩmortalitatis p̃miũ adipisci. cui sit honor & gloria p̃ æuũ æuoꝝ. q nr̃is aspirare colloq̃s dignatus est ad calcẽ deductis. Vale itaq; generose Didime. Di. tu quoq; Cyrille doctissime dies uiue Nestoreos nostri memor.

Ioãnis Basadona Patritii Veneti Artiũ doctoris Dyalogi expliciũt Venetiis ĩ ædibus Ioannis Tacuini mense Augusto anno a partu uirgineo. M.D.XVIII.